



**Collegium metaphysicum in quo metaphysica generalis  
breviter proponitur XVI. disputationibus publice ventilatis in  
inclita Academia Ultrajectina**


<https://hdl.handle.net/1874/429023>





42


55

Philosophici Theoretici  
Octavo n°. 55.










BIBLIOTHEEK DER  
RIJKSUNIVERSITEIT,  
UTRECHT



COLLEGIUM  
METAPHYSI-  
CVM


I N Q U O

Metaphysica generalis breviter  
proponitur XVI. disputationibus  
publice ventilatis in inclita Aca-  
demia Ultrajectina.

*Auctore & Praeside,*

M. ARNOLDO SENGUERDIO  
Philosophiae Professore ordinario.

*Editio secunda priore emendatior.*



ULTRAIECT

---

Ex Officina Ægidii Roman. Academ.  
Typograph. Anno cœcI c xxxx,

in seipsum dicitur. A  
etiam dicitur. A  
etiam dicitur. A



This image shows a single page from a medieval manuscript. The page is filled with dense Latin text arranged in two columns. In the upper right quadrant, there is a prominent, circular, gold-colored seal or stamp. The seal contains intricate designs, possibly including figures and text, though the details are less clear than the surrounding text. The overall appearance is that of a well-preserved historical document.

# Amplissimo Senatui Vltrajectino.

Prudentissimi, spectatissimi  
viri,



Vam divino  
fervore sitim  
eorum exple-  
re studeatis,  
qui purissi-  
mas & amoenissimas scien-  
tiarum aquas desiderant,  
toti terrarum orbi decla-  
rastis, cum in medio ar-  
morum strepitu & Martis  
furore, Palladi templum  
consecrastis : autoritate

(.) 2 Illu-

Illustr. ac Præpot. D. D.  
Ordinum Provinciae Vl-  
trajectinæ , Illustre Gym-  
nasium , quod stupendum  
in modum florebat , in in-  
clytam Academiam , divi-  
narum & humanarum dis-  
ciplinarū officinam , trās-  
formasti , quam etiam ve-  
strâ curâ & diligentia au-  
getis , benignitate adorna-  
tis . Tenemur pietatem  
hanc venerari , quotquot  
sub alis vestris latemus .  
Cum verò magnificentif-  
fima hæc gerendo , me  
quaque nihil tale meren-  
tem ,

tem, eximiæ vestræ bene-  
volentię participem sece-  
ritis (quem ex pulvere e-  
rexistis, è privato publi-  
cum fecistis, cui faculta-  
tem concessistis, Reginam  
aliarum disciplinarum,  
Metaphysicam, in Illustri  
vestro Palladio publicè  
docendi) in votis conti-  
nuo mihi fuit, ut ab ingra-  
ti hominis suspicione li-  
ber manerem: mea vero  
tenuitas non permittit, ut  
A. A. V. V. debitam gra-  
tiam referam: quare, cum  
aliud non possim, mente  
bene-

beneficiorum memori A.  
A, V. V. colo, supplexque  
rogo, velint benevolo ani-  
mo suscipere hunc Acad.  
suæ fœtum, & porro quod  
faciunt humilimum clien-  
tem suum sincero favore  
& affectu beare.

*Traject. ad Rhenum 22. Dec.*  
*An. 1636. st. v.*

ARN. SENGUERDIUS.

DISPU-

# INDEX

Disputationum & nomina eorum  
qui in singulis responderunt.

- I. DE Natura Metaphysices. Respond. *Theodoro Collino.*
- II. De Ente, ejusque Analogia & conceptu. Resp. *Wernero ab Enschede.*
- III. De Principiis Primæ Philosophiæ & Entis affectionibus in genere. Resp. *Iohanne Almeloveen.*
- IV. De Uno. Resp. *Enocho Pottey.*
- V. De Universalibus, & Distinctionum generibus. Respond. *Dionysio Crucio.*
- VI. De Vero. Resp. *Petro Pannelio.*
- VII. De Bono. Resp. *Philippo de Glarges.*
- VIII. De Malo. Resp. *Jacobo Migradio.*
- IX. De Causis in Genere, & de Materia in Specie. Respond. *Lukca Vinckio.*
- X. De Forma. Resp. *Iohanne de Mey.*  
De

- XI.** De Causa efficiente. Respond.  
*Henrico Vinckio.*
- XII.** De Fine & Causatis. Resp.  
*Johanne Grouwels.*
- XIII.** De Necessario & Contin-  
gente. Resp. *Petro Johannis.*
- XIV.** De Potentia & Actu, Sim-  
plici & Composito. Resp. *Luca  
Vinckio.*
- XV.** De Divisionibus Entis &  
specialius de Substantia. Respond.  
*Florentio Schuylio.*
- XVI.** De Accidente. Resp. *Johannes  
Brebereno vanden Dijck.*

**DISPU-**



ARN. SENGUERDII  
COLLEGIVM  
METAPHYSICUM  
DISPUTATIO PRIMA.

De Natura Metaphysices.  
Resp. THEODORO COLLINO.

THEISIS I.

Iicut Physica dicitur  
*ἀπὸ τῆς φύσεως*, quia  
agit de corporibus  
naturalibus, ita occa-  
sione sumta ex in-  
scriptione præfixâ li-  
bris Metaphysicorum Aristotelis;  
*τῶν μετὰ τὴν φύσικὴν*, Aristotelis inter-  
pretes hanc disciplinam *Metaphysi-*

A

cam

**A**R. SENGUERDII  
**s**am vocarunt, voce composita ex **μετά trans**, **ultra**, **post**, & **φυσικά**, natu-  
ralia ; quia agit de iis , quæ transeunt  
corpora naturalia : abstrahit enim à  
rebus sensibilibus & materialibus  
quæ motui & quieti subjiciuntur, cir-  
ca quas versatur Physicus : tractat  
res divinas à materiâ separatas , &  
communes rationes entis , quæ abs-  
que materiâ consistere possunt, ut ita  
titulum habeat à subjecti dignitate  
& excellentiâ ; quamvis etiam dici  
possit , nomen habere , quod tradat  
**μετά φυσικά post naturalia** , id est,  
ea quæ post physicam inventa sunt &  
tradi debent.

**I**I. Admittēdam esse aliam aliquam  
scientiam inter partes Philosophiæ  
speculativæ præter Physicam & Ma-  
thematicam , ex eo manifestum est,  
quia multa de ente universaliter sum-  
pto cognoscuntur : sicut enim homi-  
ni quædam conveniunt, quatenus ho-  
mo est , quædam quatenus animal ;

ita

ita & ipsi , & omnibus omnino enti-  
bus, tam increato, quam creatis, tam  
accidentibus, quam substantiis, quæ-  
dam ut entia sunt convenienter ; quare  
debet aliqua Philosophiæ pars hæc  
omnia tradere, quod non potest præ-  
stare inferior aliqua disciplina , cum  
carum singulæ aliquam quasi partem  
entis sibi abscindant , considerantes  
ens aliquod particularius , seu ens ta-  
le vel tale, quomodo physica confide-  
rat corpus naturale , Mathematica  
quantitatem : si enim particularis ali-  
qua scientia, de ente in se considerato  
ageret , nulla ratio dari posset , cur  
non omnes de eo agerent : quare re-  
linquitur generalem & superiorem  
aliquam disciplinam esse dandam ,  
quæ explicet, quid sit id, quod omnes  
inferiores discipline participant, quæ  
sunt ejus proprietates seu affectio-  
nes.

II. Præterea de Deo & Angelis na-  
turali intellectus lumine multa co-

gnoscitur, quare ad aliquam Philosophia partem illorum tractatio referenda est, cum Philosophia sit cognitione rerum divinarum & humanarum; non potest autem illa referri ad Physicam aut Mathematicam cum illarum neutra de spiritu ut de subiecto agat: ergo datur superior aliqua disciplina Philosophica quæ spirituum tractationem instituat.

iv. An vero uua tatum aliqua sit disciplina, quæ hæc omnia tractet, an plures sint, definire admodum difficile est. Probabilior sententia videtur, quæ statuit, duas esse ponendas diversas disciplinas, in quibus ea tradantur: unam generalem, in qua ens generaliter sumtum ejusq; communes affectiones tractentur, quam Metaphysicam generalem vel primam Philosophiā, distinctionis gratia appellare possumus; alteram specialem, in quâ de Deo, Angelis & anima separata agatur, quam Metaphysicam specia-

specialem seu Pneumatologiam aut Pneumaticam vocemus: non enim video quo pacto eadem scientia sit, quæ ea tractat quæ omnibus omnino entibus communia sunt, cum illa, quæ entia in particulari tantum considerat, cum longe alius considerandi modus obtineat in consideratione entis ut ens est & quæ enti per se in sunt, & alius in consideratione entis talis vel talis, modus enim considerandi ens quæ ens generalis est, & Deum aut angelos non magis continent in particulari, quam corpus aut hominē: hęc enim omnia entia particularia sunt, à quibus abstrahimus, cum ens qua ens dicimus 2. Cum omnis demonstratio per principia propria & peculiaria, non vero per communionia institui debeat 1. poster. etiam, quod de Deo sciri & ad modum concipiendi nostrum demonstrari potest, per propria principia demonstrari debet, jam vero principia Metaphy-

6 ARN. SENGUERDII  
sicæ generalis generalia sunt & com-  
munissima , quippe latitudini entis  
correspondentia . 3 . Siverum sit, mo-  
dum cōfide andi per quem scientiæ  
distinguuntur , oriri ex diversa ab-  
stractione objectorum speculabilium  
vel potius dependentia vel indepen-  
dentia à materia , videtur , quod ne-  
cessario diversæ hic scientiæ sint ad-  
mittendæ : cum longè alia abstractio  
reperiatur in iis , quæ nunquam sunt  
in materia , ut Deo & angelis , &  
longe alia in iis quæ abstracta sunt  
per indifferentiam , sive , in iis , quæ  
materiam nec includunt nec exclu-  
dunt , sed indifferenter & in imma-  
cialibus & in materialibus reperiun-  
tur , quod transcendentibus compe-  
tit , quomodo esse ens , unum , verum ,  
bonum , Deo , angelis , corporibus ,  
substantiis & accidentibus commu-  
ne est .

v. Quare scientias philosophicas  
hoc pacto dividendas esse arbitror  
quod

quod aliæ versentur circa objecta speculabilia , quæ dependent à materia secundum esse , sive quæ sine materia nunquam existunt : aliæ circa objecta , quæ non dependent à materia secundum esse , sive quæ materiam ad sui existentiam non requirunt . Ad prius genus duæ scientiæ pertinent , quarum una tractat objecta , quæ dependent à materia secundum esse & intellectum , id est , in quorum consideratione etiam consideratur & intelligitur materia , quæ sunt objecta Physicæ . Altera cuius objecta dependent à materia secundum existentiam tantum , non vero secundum intellectum , id est , non dantur extra materiam , sed tamen materia illorum in illa scientia non consideratur , tale est objectum Mathematicæ , ita triangulus quadrangulus &c. non datur sine materia ; Mathematicus tamen de illorum materia non est sollicitus . Ad alterum

genus item duæ scientiæ referuntur; Vna cujus objectum materiam necessario excludit, quare vocatur abstractum per essentiam, quale est objectum Pneumaticæ. Altera cujus objectum materiam nec includit nec excludit, unde illud dicitur abstractum per indifferentiam; tale est objectum Metaphysicæ generalis seu primæ Philosophiæ.

vi. De subjecto Metaphysicæ variæ Philosophorum occurrunt sententiæ: alii enim subjectum Metaphysicæ posuerūt ens latissimè sumpturn, quatenus sub se compleatitur, non solum universa entia realia tam per se, quam per accidens, sed ipsa etiam entia rationis & entia privativa. Alii entia quidem rationis à subjecto Metaphysicæ excludebant, ejus tamen considerationi immiscebant entia per accidens, ut pote quæ etiam realia sint, vereq; participant rationem entis, ejusque passiones. Alii ad-

æqua-

æquatum ejus objectum Deum esse statuerunt. Alii substantiam separatam, sive immaterialem, prout includit Deum & intelligentias. Alii substantiam ut substantia est, id est, ut abstrahit à materiali & immateriali, finita, & infinita, Alii ens divisum in decem prædicamenta: quæ sententia dupliciter potest intelligi, vel supponendo substancialias immateriales finitas eorumque accidentia, in prædicamentis collocari, & ita solus Deus ab objecto Metaphysicæ excluderetur, vel supponendo substancialias immateriales in nullo prædicamento collocari, & ita Deus & intelligentiæ creatæ excluderentur. Secundum ea quæ de duplice Metaphysica dicta sunt, duplex duplicitis disciplinæ objectum ponendum est, ut dicatur objectum Pneumatosophiæ seu Pneumaticæ esse ens materiam excludens, objectum Metaphysicæ generalis, seu primæ Philosophiæ

ens reale qua ens , quod etiam objec-  
tum Metaphysicæ statuit *Arist.* &  
*Metap. c. 1.* Ens reale est, qnod es-  
fentiā veram & nullo modo fictam ,  
sed ad existendum aptam habet: nam  
entia rationis, ut sunt genus, species,  
nec existunt in rerum natura, nec exi-  
stere possunt.

vii. Ens illud esse primum & ad-  
æquatum objectum Metaphysicæ  
generalis ex eo constat, quia ei primo  
conveniunt primæ & maximè gene-  
rales affectiones entis. Sicut vero in  
omnis scientiæ objecto duæ quasi  
partes reperiuntur, res considerata,  
& modus considerandi , quarum illa  
est instar materiæ, hæc instar formæ;  
ita hic rem consideratam habemus  
ens reale : modum vero consideran-  
di, qua tale , per quem Metaphysica  
generalis ab aliis disciplinis distin-  
guitur : cum nulla alia agat de ente  
generalissime sumto , sed omnes ens  
particulare considerent.

VII. Genus Metaphysicæ generalis statuimus esse scientiam & sapientiam , habet enim objectum necessariū, quod non dependet à nostro arbitrio, habet principia & affectiones, nec cognitionem suam ad ~~coincidit~~ aut praxin necessario & per se dirigit , sed in ejus acquisitione mens acquiescit : sapientia quoque est , quatenus illa sumitur, pro particulari habitu , seu virtute intellectuali: quod quidem manifestum est, ex conditionibus, quæ in sapiente , & ex natura conjugatorum in sapientiâ requiruntur , quales *Aristo.* I. *Metaphysic.* cap. 2. quinque enumerat I. *Sapiens debet maxime scire omnia , quo ad fieri potest , non tamen ut singularium omnium scientiam habeat , & ita Metaphysica circa omnia versatur , quatenus agit de rationibus entis communibus , sive ens illud sit substantia sive accidens , tractatque prima & universalissima principia , ne-*

*que*

que requiriatur, ut ad infimas omnium rerum species descendat, tum enim sola scientia foret. 2. Sapientem putamus, qui difficultia & quæ ab homine haud levi opera cognoscuntur, tenere potest: sensu enim aliquid percipere omnibus commune est, proinde facile, nec sapientia quidquam habens. Difficultia dicit, non impossibilia, non enim hominis sapientis est, cognoscere velle, numerum arenæ maris, futura contingentia, quæ homo cognoscere nequit, naturali ratione prædicere, sed temerarii potius, & ita jam Metaphysica circa difficultima & à sensibus remotissima versatur. 3. Debet habere cognitionem certam, & docendo causas posse tradere: Metaphysica autem in causarum tractatione versatur. 4. Debet sapientia sui causâ sciendique gratiâ appetibilis esse. 5. Debet aliis præesse & precipere; Metaphysica vero, reliquis disciplinis imperat, non quidem imperio practico, hoc enim

enim Politica exerceat, sed imperio speculativo, quatenus subjectum *ens* dividendo, particularibus disciplinis proprium subjectum adsignat.

ix. Nec tamen hinc sequitur reliquas disciplinas Metaphysicæ subalternari, subalternatione propriè dicta: Illa enim tria requirit 1. Ut disciplina subalternans & subalternata habeant idem subjectum, eundemque modum considerandi, seu objectum formale: si enim non esset idem subjectum disciplinæ subalternantis & subalternatæ, non liceret scientiæ subalternatæ, conclusionibus superioris scientiæ, ut suis principiis uti; fieret enim saltus de genere in genus; modus considerandi idem est, cui in subalternata additur novum fundamentum; in Musicâ exempli gratia sonus, ut ita totum Musicę subjectum, sit numerus sonorus, in quo sonus habeat locum materialis, numerus locum formalis seu modi considerandi,

derandi: disciplina enim subalterna-  
ta, contrahit rem consideratam dis-  
ciplinę subalternantis, non vero mo-  
dum considerandi alium ponit. Mul-  
torum quidem opinio fuit, sonum es-  
se modum considerandi in Musica,  
visum in perspectiva, sed hunc erro-  
rem correxit Zabarella, quem vide *de  
Præo.c. 12.* cuius sententiam quoque  
amplectuntur Arnisaeus & Balfo-  
reus.

**P**x. Secunda conditio, in propriè-  
dicta subalternatione requisita est:  
*Ut subiectum subalternata addat subje-  
cto subalternantis, accidens aliquod sen-  
sibile*, nam inferior scientia superio-  
ris subiectum contrahit per differen-  
tiam accidentariam, & defectu hu-  
jus, scientia de specie non subalter-  
natur scientię de genere. 3. *Ut prin-  
cipia disciplinæ subalternata demonstre-  
tur in disciplinā subalternante*, ita ut  
disciplina subalternata utatur con-  
clusionibus disciplinę subalternan-  
tis,

tis, tanquam suis principiis & ostendat τὸ ὅτι, διότι vero relinquat subalternanti, ut si in Opticis quæratur cur, quæ remotius à nobis distant, minora appareant, quam eadem si propinqua sint, dicit Opticus, quia quæ propinqua sunt videtur sub majori angulo, ex Geometria verò pendum est, cur angulus major sit; & eo pacto Musica quoque subalternatur Arithmeticæ. Reliquæ vero disciplinæ ex defectu harum conditionum non possunt dici Metaphysicæ subalternari.

## DISPUTATIO II.

De Ente, ejusque Analogia &  
Conceptu.

*Resp. WERNERO ab ENSCHEDE.*

**I**N omni scientiâtria consideranda sunt, Subiectum videlicet, Principia, & Affectiones. *Subiectum* sive

sive *Objectum* primæ Philosophiæ superiori disputatione diximus esse Ens reale generalissime sumptum, quatenus omnibus entibus competit: Videndum jam est quid ens sit, considerandum quomodo se habeat ad inferiora, & ultimo agendum de ejus conceptu.

11. Ens quidem perfectè definiri nequit: omnis enim perfecta definitio debet cōstare genere & differentiâ, quare quod perfectè definitur debet habere rationem speciei, quam En*s* nullius respectu habere potest, cum nullū genus supra se habeat, ut pote quod includat *omnia* quæ esse aliquod habent: quare quidquid tanquam genus supra En*s* poneretur, cū specie reciprocaretur, reciprocationē autem generis & speciei, certissimum indicium esse generis vitiosi docet Philos. 4. *Top. cap. 5.* Ut tamen intelligatur quid sit En*s*, tenendum est En*s* dupliciter sumi, participialiter  
& no-

111. *Ens participialiter* sumitur ut participium verbi Substantivi *Sum*, & significat actum essendi exercitum, notatque id quod est vel existit, sive essentiam conjunctam cum existentiâ habet, solent enim participia actus suorum verborum notare, ita calefaciens notat id quod actu caleficit, currens, quod actu currit (quod tamen tum non obtinet, cum participia pro nominibus sumuntur, ita vivens, purgans nominaliter sumta existentiam non connotant) & sic *ens* participialiter sumtum, idem est quod existens: Hac significatione sumitur à Philosopho 3. Phys. c. 1. cum motus definitur, actus *entis* in potentia, id est ejus quod existit in potentia. *Nominaliter* sumptum significat essentiam sine existentię mentione, sive significat de formal i essentiam ejus rei quæ esse habet vel habere potest; nomina enim non solent actus connotare

notare, sed nihil refert ad nominis significationem an res significata actu existat, nec ne, quomodo cum brutum, stirpem dicimus, non significamus ea actu dari in rerum natura: hac significatione etiam tempore hiberno rosa non existente verum est, rosam esse ens: Unde secundum discrimen apparet, quod sumptum ut participium pertineat ad questionem an sit: Ens vero sumptum ut nomen pertinet ad questionem quid sit, sive ad rei quidditatem & essentiam.

**IV.** Cum Ens subjectum Metaphysicæ statuimus, accipimus illud nominaliter non participialiter, quia Ens ut participium, accidentaliter de creaturis dicitur, inde fit quod attributa sive affectiones quas Metaphysica Enti ut sic tribuit, etiam iis competant quæ actu non existunt, aut ab actuali existentiâ abstrahuntur, ut cum dico Adamum esse unum, verum, bonum.

Ens

Ens igitur illud nominaliter sumptum, quod subjectum primæ Philosophie est, describi solet quod sit; *id quod essentiam realem habet.* Essentia realis est, in quâ nulla datur repugnantia ad existendum, quæque ab intellectu non est conficta; ita homo fuit Ens antequam creatus erat, id est essentia humana talis erat ut posset à Deo creari & revera existere. Aristoteles *5. Met. 5.* essentiam vocat naturam rei, & Thomas etiam quidditatem: quod ergo est essentia in respectu ad rem, illud est quidditas in respectu ad cognitionem: quæstioni enim quâ quæritur quid res sit, satisfacit declaratio essentiæ, quæ definitione explicatur, quamvis alii inter essentiam & quidditatem distinguant, velintque materiam esse partem essentiæ, quidditatis vero tantum vehiculum quidditatem deferens, non verò ejus partem.

*vi. Quæritur quomodo Ens illud se ha-*

se habeat ad inferiora, an conveniat  
eis æquivocè seu ὁμογενῶς, univocè an  
analogicè? Homonyma sive æquivo-  
ca definiuntur ab Aristotele *Cat.c. 1.*  
Ὥν ὄνομα μένον· κοινὸν, ὃ δὲ κατὰ τὸνομα  
λόγῳ τῆς ἀστικῆς ἔτερον. *Quorum* solum  
nomen commune est, ratio vero essentia  
communi nomini accommodata diversa  
est, quomodo jus est homonymum  
respectu justitiæ & ejus quod sorbe-  
tur: horum namque solum nomen est  
commune, ad illud vero accommoda-  
ta definitio est diversa: si quis enim  
explicet quid sit utrumq; eorum qua  
jus, propriam seu diversam utriusque  
definitionem tradet: Synonyma sive  
univoca dicuntur, ὅν τό τε ὄνομα κοι-  
νόν, καὶ ὃ κατὰ τὸνομα λόγῳ τῆς ἀστικῆς  
է αὐτὸς, *quorum* nomen commune est,  
& ratio essentia communi nomini ac-  
commodata est eadem, quale est ani-  
mal respectu hominis & bestiæ. Ana-  
loga sunt, *quorum* nomen commune est,  
& ratio essentia communi nomini accom-  
modata

*modata inæqualiter analogatis competit.*  
Est ergo analogum medium inter univocum & æquivocum: in univocis enim habemus definitionem simpli- citer eandem quoad commune no men, in æquivocis nullam rei com munitatem sed tantum nominis, in a nalogis communitatem rei inæqua lem.

**VII.** His suppositis statuendum videtur, ens respectu inferiorum non esse penitus æquivocum, nec synony mum, sed analogum. Non est penitus homonymum, nam quæ purè & omnino homonyma sunt, solo nomi ne conveniunt, ut in significatis tau ri & canis respectu Siderum & ani malium videre est: major vero est conveniētia in singulis entibus quam solius nominis: nam si omnia entia so lo nomine cōveniret, non posset unus conceptus entis formari, qui omnibus entibus conveniret, quomodo unum simplicemque conceptū Canis nemo for-

**22 ARN. SENGUERDII**  
formare potest qui animali & sideri  
conveniat. **i i.** Si solum nomen En-  
tis commune est Deo & Creaturis,  
substantiæ & accidenti, non potest  
Deus cognosci ex creaturis, nec sub-  
stantia ex accidentibus, quod expe-  
rientiæ & communi Philosophorum  
opinioni repugnat. **i i i.** Si solum  
nomen esset commune, Deus & Cre-  
atura, substantia & accidens, non ha-  
berent communes affectiones, qua-  
tenus entia sunt. Dicitur quidem  
ens aliquando æquivocum à Philo-  
phis: sed tum æquivocum includit a-  
nalogum, quomodo usurpatur à Por-  
phyrio *Isag. cap. 2.*

**viii.** Nec genus univocum dici  
potest: **i.** Tum enim deberet habere  
differentias divisivas, quas habere  
non potest, quascunq; enim differen-  
tias poneremus entia deberent esse,  
quare genus essentialiter prædicare-  
tur de differentiis, quod fieri nequit  
**4. Top. cap. 2.** præterea si statueretur  
esse

esse genus, & habere differentias respectu Dei & creaturę, Deus constitueretur ex genere & differentia, quod impium est. 11. Nulla res quę in prædicato univocè convenit cum altera, includit quicquam in ratione illius prædicati quod altera non includat, at accidentia qua entia includunt respectū ad substantiam, quem non includit substantia quatenus Ens, creatura qua Ens includit dependētiā à Deo & respectum ad Deum, quem Deus quā Ens includere non potest, cum ens omni modo independens sit.

9. Analogiam Enti tribuimus respectu eorum de quibus proximè & immediatè dicitur, neque ulterius analogia extendenda est: nam mediātē seu per descensum ad alia inferiora univocatio locum habet, tum enim non consideratur Ens qua Ens, sed Ens tale seu contractum; ita univocè dicitur de speciebus ejusdem generis & indi-

24 ARN. Sanguerdi  
& individuis ejusdem speciei, siquidem eadem ratione dicitur Ens de homine & equo, de Socrate & Platone: nec id mirum videri debet, cum & illa quæ penitus æquivoca sunt, alio respectu possint esse univoca, ut Canis æquivocè dicitur de sidere & animali, univoce tamen de omnibus animalibus latrabilibus.

x. Iam videndum restat quale analogū sit. Missâ analogiâ inæqualitatis, quæ impropriissime dicta analogia est (cum nihil aliud notet, quam ejusdem generis differentias inæqualiter à speciebus participatas, ita ut perfectior seu nobilior differentia sit in una specie quam in alia, qua ratione corpus dicitur analogum, respectu corporis cœlestis & sublunaris) Analogia alia sunt proportionis, alia attributionis. *Analogia proportionis* seu secundum proportionalitatem dicuntur, quorum idem nomen commune est, & ratio secundum illud nomen

men similis proportionaliter: ita vox gubernator analoga est respectu Magistratus & naucleri, visio respectu visionis corporalis & intellectualis.

11. Hæc analogia duplex est, propria & Metaphorica. *Propria*, quando nomen illud commune in utroque analogatorum absque metaphorâ dicitur, tali analogiâ dicitur principium de corde respectu animalium, fundamento respectu domuum, & instanti respectu temporis: Hæc minus propriè analogia dicitur. *Metaphorica* est, cum nomen commune absolute unam habet rationem formalem, quæ in uno analogatorum salvatur, de alio verò dicitur Metaphorice, ut ridere propriè dicit actum hominis ridentis, analogum tamè est analogiâ metaphorica, cum tribuatur metaphorice, prato florenti & fortunæ blandienti.

12. Analogia attributionis nunquam, ut Fonseca notat, ab Aristotele

26 ARN. SENGUERDII  
teleanalogia vocatur, sed semper vo-  
cat ea quæ ad unum vel ab uno di-  
cuntur: eaque sola, quæ nos Schola-  
sticos imitati analogia proportiona-  
litatis vocavimus, Aristoteli nomine  
analogorum veniunt: Imo 1. Eth. 6.  
planè distinguuntur analogia ab iis  
quæ ad unum vel ab uno dicuntur.  
Sunt vero analogia attributionis du-  
plicia, alia secundum denominatio-  
nem extrinsecam tantum, alia secun-  
dum intrinsecam. *Analogia attribu-*  
*tionis secundum externam denomina-*  
*tionem* dicuntur, quibus idem nomen  
tribuitur, ratio autem secundum il-  
lud nomen est eadem secundum ter-  
minum, & diversa secundum habi-  
tudinem ad illum terminum, sive  
cum unum analogorum intrinsecè  
& formaliter tale est, reliqua vero  
alia dicuntur secundum extrinse-  
cam habitudinem ad illud cui pro-  
priè ista forma inest: talis analogia  
locum habet in sanitate: animal e-  
nim

nim sanum dicitur proprie ut subje-  
ctum sanitatis , sanitas enim signifi-  
cat debitam temperiem qualitatum  
in animali , interim propter habitu-  
dinem ad animal sanum , dicitur  
quoque pulsus , color sanus , urina sa-  
na , exercitium , medicamentum sa-  
num : Urinæ enim , pulsui , colori sa-  
nitas tribuitur , quia sanitatem indi-  
cant , medicina dicitur sana & exer-  
citium sanum , quia producunt vel  
conservant sanitatem , ergo omnia  
hæc sana dicuntur extrinsecè & de-  
nominatione externâ à sanitate ani-  
mali inhærente.

XII. *Analogæ attributionis secundū  
intrinsecam denominationem dicuntur ,  
cum forma denominans sive natura ,  
intrinsecè in omnibus analogatis de-  
prehenditur , ita tamen ut uni mem-  
bro seu analogato primario insit , al-  
teri per illud , sive , in quibus nomen  
& natura nomine significata forma-  
liter analogatis competit , sed per*

prius & posterius, ita ut ab uno reliqua dependeant, & sine ejus beneficio naturā eam communē obtainere non possint. Et hac quidem analogia ens analogum esse putamus, respectu Dei & creaturæ, substantiæ & accidētis: duo enim requisita sunt in ista Analogia. I. Ut *natura communis* utriq; analogato insit formaliter & intrinsecè.

II. Ut insit per prius & posterius: quæ duo hic obtainere videmus: creatura enim dicitur Ens ab intrinseca sua entitate, distincta ab entitate creatoris, si enim creature essent Entia per extrinsecā denominationem, tum solus Deus formaliter esset Ens, siquidem forma significata in ejusmodi analogis soli principali significatio inest; jam vero creatura propriissimè est Ens ut & accidēs, nō vero creatura dicitur Ens ob entitatē Dei à qua denominetur nec accidens ob entitatem substantiæ sed ob propriā suam. Per prius & posterius etiam dicuntur; crea-

creatura enim est Ens per participationem, quia ab Entitate Dei dependet, sic quoque res se habet in Ente respectu substantię & accidentis, nam accidens non participat rationem Entis nisi cum subordinatione ad substantiam & quatenus à substâlia dependet, eique inhæret.

xiv. Et hæc de Entis analogia, sequitur ejus conceptus. Tenenda est vulgaris distinctio inter conceptum formalem & objectivum. *Conceptus formalis* est ipsa notio, qua intellectus rem aliquam concipit & sibi in actu secundo repræsentat, seu actualis similitudo rei quæ intelligitur ab intellectu ad eā exprimendā producta. *Appellatur autem hic conceptus formalis* (sunt verba Balforei) *vel quia forma quædam accidentaria sit intellectui inhærens, vel quia representat rem sub ea forma, seu natura, secundum quam intelligitur.* Conceptu formali dicitur res repræsentari in actu secundo, ut

30 ARN. SENGUERDIT  
discernatur à specie intelligibili, quæ  
etiam est similitudo rei, & per quam  
res representatur, verum non in actu  
secundo, sed in actu primo seu habi-  
tu. *Conceptus objectivus* est objectum  
conceptus formalis, & res ipsa quæ  
intelligitur, seu quæ per conceptum  
formalem propriè representatur, ut  
cum hominem animo concipimus,  
actualis illa similitudo, quam mens si-  
bi fabricat ut naturam humanam  
exprimat, est conceptus formalis,  
sed homo ipse cognitus, conceptus  
objectivus est. Unde patet conce-  
ptum objectivum impropriè conce-  
ptum dici, & quidem per denomi-  
nationem extrinsecam à conceptu  
formali per quem objectum ejus  
concipi dicitur, unde objectivi con-  
ceptus nomen habet.

xv. Ultimo videbimus an om-  
nium entium detur unus conceptus  
formalis & objectivus ? dicendum  
videtur Ens quâ Ens habere unum  
con-

conceptum formalem , quo repræsentatur id in quo omnia entia conveniunt. Hoc autem videtur manifestè ostendi posse: primò experientiā, quia audito nomine entis experimur mentem nostram non distrahi nec dividi in plures conceptus , sed colligi ad unum potius , ut non concipiamus expressè substantiam aut accidens , Deum aut creaturam, sed hæc omnia pér modum unius, sive aliquid substantiæ & accidenti comune quatenus conveniunt in essendo. ii. Ex eo quoque id patet, quia intellectus potest certus esse , aliquid esse Ens , & tamen dubitare sit ne creatum an increatum, substantia an accidens , quomodo multi sciunt lumen esse Ens , nesciunt tamen sitne substantia an accidens, quod certum indicium est illos concipientes lumen sub ratione entis, concipere aliquid quod substantię & accidenti commune est. iii. Omnia conve-

niūt, analogicē saltem, in ratione entis, similiū autem in quantum si-  
milia sunt unus datur conceptus,  
cum detur una īmago & repræsen-  
tatio, nihil vero aliud sit conceptus  
formalis. xv. Si conceptus formalis  
entis non sit unus, quo ergo erunt  
num duō? num tres? num plures?  
neque enim major ratio est de duo-  
bus quam de tribus vel quolibet alio  
numero.

xvi. Ex unitate conceptus for-  
malis sequitur unitas conceptus ob-  
jectivi: formalis enim conceptus uni-  
tatem suam habet ab objecto, quare  
si objectum non sit unum, nec conce-  
ptus formalis unus erit: & sic conceptus  
formalis sit, unus unus etiā est cōce-  
ptus objectivus: Igitur conceptu en-  
tis non repræsentantur decem sum-  
ma genera, nec disjunctivē substanc-  
tia vel accidens, sed immediatē con-  
cipitur aliquid in quo Deus & crea-  
tura, substantia & accidentia conve-  
niunt.

DIS-

## DISPUTATIO III.

De Principiis Prime Philosophie  
& Entis affectionibus in genere.

Resp. IOANNE ALMELOVEEN.

**P**Ostquam Arist. 5. *Met. c. 1.* septem genera principiorum enumeravit, tandem inquit, *omnibus principiis commune est, primum esse, unde aliquid aut est, aut fit, aut cognoscitur.* Unde principia statuuntur quod sint incompleta vel complexa. *Principium incomplexum,* est vel externum vel internum. *Externum,* quod non concurrit ad rei constitutionem tanquam pars. *Internum;* quod rem ut pars constituit, quomo<sup>d</sup>o Physicus principia interna corporis naturalis ponit Materiam & Formam. Hoc modo recte videntur distingui principium internum

34 A R N. S E N G U E R D I I  
& externum , si referantur ad rem  
productam ; aliter vero sumuntur  
principia interna si ad ipsam gene-  
rationem referantur , tum enim prin-  
cipia interna generationis dicuntur ,  
sine quibus generatio nec esse nec  
concipi potest , seu , quæ necessario  
in conceptu generationis involvun-  
tur : & ita etiam privatio inter prin-  
cipia interna generationis corporis  
naturalis à Physticis numeratur , rei  
vero generatae principium externum  
dici potest : vulgo corporis natura-  
lis generati principium per accidens  
dicitur . *Principium complexum* , est  
propositio immediata . *I . Post . c . 10.*  
Quia vero per ejusmodi propositio-  
nes in rerum scientiam deducimur ,  
hinc principia complexa solent prin-  
cipia cognoscendi vocari .

11. Principia complexa duplia  
sunt secundum Arist . *I . Post . c . 2 . 10.*  
Theses & axiomata . Thesis est vel  
*definitio* , qua quid res sit , vel *hypothec-*  
*sis* ,

*sis, qua an sit enūciamus. Axioma est,*  
*quod necesse est esse verum per se, &*  
*videri necesse est, id est, quod non*  
*habet causam suæ veritatis priorem,*  
*& ita evidenter verū est, ut à nemine*  
*mētis cōpote, qui modo vocabula in-*  
*telligat, ex animo negari possit. Om-*  
*nis generis complexa principia habet*  
*Metaphysicus, ita præsupponit darī*  
*ens, quæ hypothesis est, sumitque*  
*Entis definitionem, maxime tamen*  
*axiomata à Metaphysico considerari*  
*debent 3. Met. c. 2. Qualia sunt: Idem*  
*non potest simul esse & non esse. Ni-*  
*bil potest à se ipso fieri. Totum est majus*  
*sua parte. &c.*

111. Omnium autem axiomatum  
certissimum hoc est: *Impossibile est i-*  
*dem simul esse & non esse. 4. Met. c. 3.*  
Ex hoc enim tanquam ex fonte multa  
alia scaturiunt, ut. *Idem non potest à se*  
*ipso fieri. Causæ efficientes non admitunt*  
*circularem à se dependentiam, si enim*  
*quaeratur cur idem non possit fieri à*  
*se ipso,*

se ipso, dici potest, quia sequeretur  
idē simul esse & non esse, quod enim  
facit, actu est, quod fit, non est actu,  
ergo si idem ficeret se ipsum vel à se  
ipso fieret, simul esset & non esset.  
Hoc primum principium vocamus in  
speculabilibus, in practicis seu mora-  
libus primum videtur esse, *Omne bo-  
num est faciendum & malum vitandum.*  
Non tamen existimandum est, hoc  
primum principium vocari, quod eo  
Metaphysica utatur ad suas proprias  
demonstraciones, vel quod alia princi-  
pia à priori per hoc proprie demon-  
strentur; si enim hoc esset, tum alia  
non forent principia, cum principia  
debeant esse indemonstrabilia; sed  
primum dicitur, quia est universale  
fundamentum, cuius virtute omnes  
demonstraciones nituntur, & alia prin-  
cipia possunt saltem quoad nos per  
hoc confirmari & declarari, ut jam o-  
stensum est.

IV. Hoc Principium primum voca-  
mus

mus, non vero primam complexio-  
nem, quare ut principium *primo pri-*  
*mum* dicatur non refert, an constet  
partibus, quæ in plures resolvuntur, an  
propositio pura an modalis sit. Certi-  
tudo ejus tanta est, ut nulla major da-  
ri possit, quæ non fundatur in unitate,  
ac si ideo non possit idem simul esse &  
non esse, quia quicquid est, unum de-  
terminatè tantum est, sed fundamen-  
tum habet in oppositione & repug-  
nantia contradictiorum.

v. Huic axiomi alterum, *de quali-*  
*bet re affirmatio vel negatio vera est*, æ-  
quivalere, arbitratus est Javellus, ra-  
tionem autem quare tam diversimode  
proferatur, esse, quia primum princi-  
pium complexum à Logico & à Meta-  
physico consideratur, quod Logicus ef-  
ferat per intentiones secundas, affir-  
mationem & negationem, Metaphy-  
sicus vero per primas, esse & non esse,  
à qua sententia quoque non alienus vi-  
detur Chiaæus; Suarez tamen & Fon-  
seca

seca illam rejiciunt, Fonseca inquit, pronunciatū hoc: de qualibet re affirmatio vel negatio vera est, posterius esse negativo jā dicto & ad illud perspicuè posse revocari. Si quis ergo, inquit, neget hāc cōsequentiā, de cygno affirmatur album, ergo non negatur, poterit iste urgeri hoc apertiore incommodo, ergo simul erit albus & non albus.

VI. Aliorum opinio fuit, non esse illud omnium primum principium quod ncs posuimus, sed hoc: *ens est ens*: hēc vero sententia nec veritati nec Arist. consentanea est, non veritati, cum enim propositio sit identica ac nugatoria, in nulla scientia ut principium demonstrationis sumitur, sed est extra omnem artem, alias enim in omni scientia primum principium illud esset, in quo subjectū sciētiæ de se ipso prædicaretur, in physica ex.g. primum principiū foret, corpus naturale est corpus naturale, unde tam per se notū esset principium unius scientiæ quam alterius,

rius, omnis enim propositio identica  
æque nota est, in una quoque scientia  
essent plura prima principia æque no-  
ta, quamvis non æque universalia, ut  
substantia est substantia, accidens est  
accidens. Identicę enunciationi ac-  
censeri non debet ea in qua definitio  
de definito prædicatur, talis enim do-  
ctrinalis est, quia in ea conceptus di-  
stinctus de confuso prædicatur. Arist.  
etiam adversatur, loquens enim de  
hoc principio: Impossibile est idem si-  
mul esse & non esse, apertè dicit: *Qua-  
re omnes demonstrationes ad hanc ulti-  
mam opinionem reducunt, natura etenim  
haec ceterarum quoque dignitatum omni-  
um principium est.*

VI. Sequitur agamus de entis af-  
fectionibus earumque numero. De  
primo statuendum videtur: Ens qua  
Ens habere proprias affectiones reales  
ab eo tamen inseparabiles. Hæc est a-  
pertè mens Phil. in principio 4. Met.  
ubi inquit, *Est quedam scientia quæ spe-  
culatur*

culatur Ens , prout Ens est , & quæ ei per se insunt , per quæ affectiones intelligi debent. Et certè si subjectum primæ philosophiæ non haberet veras & reales affectiones , non posset realis scientia aut sapientia dici ; nec tamen statuimus , affectiones ejus secundum formam rationem suam , dicere novas entitates ab entitate subjecti distinctas , quæ subiecto addantur , aliud enim est affectiones entis esse reales , aliud realiter ab eo distingui ; nam etiam divisibilitas realis proprietas quantitatis est , ab ea tamen realiter non distinguitur , reales ergo affectiones vocantur , quæ non fiunt à mentis fictione aut operatione ; & tales sunt affectiones subjecti primæ philos. unumquodque enim est unum , verum , bonum , nemine cogitante , ita Deus unus est , aurum verum aurum & una res in se indivisa quamvis mens nostra ista non concipiat : quare attributa hæc , entia rationis dici nequeunt , cum illa tantum objectivæ sint in intellectu ,

COLLEG. METAPHYSICVM. 41  
seu ut alii loquuntur, consequenter.

VIII. Affectiones entis secundum formalem suam rationem non esse entia realia, ex eo manifestum est, quia alias affectio & subjectum coinciderent; subjectum enim est ens reale, quare si affectio ens esset, deberet habere entis affectiones de quibus rursus queram an sint entia, si sint, procedam in infinitum: si enim alicubi sistendum sit cur non potius in priori? præterea, si entitatem dicerent distinctam, ab entitate subjecti, sequeretur quod cum unitatem, veritatem, bonitatem Deo attribuerem, dicendo, Deus est unus &c. novam illi entitatem tribuerem ipsi superadditam: nec dici potest in creaturis illa esse entia realia, non vero in Deo, cum non possit sufficiens fundamentum illius diversitatis assignari, imo & ratio in contrarium urgeat, quia de ente ejusque affectionibus agimus, ut abstrahunt à Deo & creaturis. Hinc sequitur affectiones entis non esse accidentia,

42 ARN. SENGUERDI  
dentia, accidens enim omne ens est: proprie-  
tates tamen entis talis vel talis, ex.  
gr. hominis, equi, accidentia & vera en-  
tia sunt.

Ix. Quidnam ergo erunt & quid de  
Ente dicent, an nihil? neque hoc dici  
potest, qui enim dicit Deum esse unum,  
verum &c. hominem, unum &c. non  
dicit nihil de Deo, homine; si enim pla-  
ne nihil essent, non possent reales affe-  
ctiones dici, præterea affectio una ab a-  
lia differt, unitas, à veritate, à bonitate  
nihil autem per se non differt à nihilo.  
Dicendum ergo est, affectiones illas  
connotare quidem ens, de formalia au-  
tem non esse nihil nec etiam entia, sed  
esse non entia; quare admittendum est,  
Ens & nihil non opponi immediatè seu  
contradictoriè, seu, quod idem est, dari  
medium inter Ens & nihil, medium non  
per participationem, quod etiam me-  
dium formæ vocant, quomodo tempore est  
medium inter calorem & frigus, sed  
per negationem utriusque extremi:

Ens

Ens quidem & non ens contradi-  
ctoriè opponuntur, sed non ens & ni-  
hil non debent confundi, non enim  
equipollent, nam quamvis nihil sit non  
ens, non tamen omne non ens est ni-  
hil, quomodo contractio, extensio ma-  
nus, paternitas, filatio &c. non sunt  
nihil, nec tamen sunt entia.

x. Numerum mediorum inter ens &  
nihil difficulter assignari posse arbi-  
tror, interim hæc quinque possunt,  
privatio, denominatio externa, ens ra-  
tionis, relatio, modus: numerum ta-  
men non esse sufficientem puto, qui  
fortasse à nullo homine hactenus in-  
ventus est: Hæc verò non entia diffe-  
runt à se invicem non per nihil sed per  
suam non entitatem, relatio à privatio-  
ne, à denominatione externâ &c. pa-  
ternitas à dominio, cæcitas à surditate,  
sicut entia distinguuntur suâ entitate.  
*Privatio* est absentia habitus in ejusmo-  
di subjecto cui & quando in esse debet,  
sue potest; differt privatio à negatio-  
ne,

ne , quod negatio non dicat aptitudinem subjecti ad tales habitum recipiendum , quam tamen privatio includit, ita ergo visus de lapide negatur, privatio tamen visus lapidi non attribuitur, non enim dicimus , lapidem esse cæcum. *Denominatio externa* denotat ordinatem seu habitudinem rei externæ ad subiectum : tales denominatio- nes externæ sunt, cum ordinem Ecclesiasticum , colorem visibilem , hominem uxoratum , militem armatum di- co. *Ens rationis* est ; quod rei convenit quatenus menti objicitur , seu quod rem sequitur mente conceptam per o- perationem intellectus ; quodque in mundo operatione illa cessante nihil est positivi , ut sunt genus , species &c. hæc enim rebus conveniunt quatenus menti objiciuntur. *Relata* sunt quorum esse consistit in respectu ad aliud. In relatis requiritur subje- ctum & terminus seu relatum & corre- latum , inter quæ mutuus respectus in- terce-

tercedit, quam relationem vocamus, in quibusdam etiam præter extremorum existentiam requiritur fundamentum, quo mediante relatio subiecto inhæret. *Modus* est positivum internum & absolutum non ens quo res modificata, modificatur. Modus semper est affixus alteri, cui per se immediatè unitur, ita ut sine eo existere non possit, ita sessio se habet ad sedentem, unio ad res unitas. Clarum igitur est, dari multa media inter ens & nihil & consequenter non esse absurdum statuere, affectiones entis secundum formalem rationem non esse entia, neque tamen nihil, ad quæ verò non entia singulæ affectiones entis revocandæ sint, ex singulærum tractione satis patebit.

xii. Affectiones Entis sunt duum generum, aliæ sunt combinatæ seu conjunctæ, aliæ simplices: Conjunctæ sunt, quæ totum subiectum non exhaustiunt nisi simul sumantur, ut sunt, esse causam vel causatum, necessarium vel

con-

46 ARN. SENGUERDII  
contingens, esse actu vel potentia &c.  
Simplices sunt, quæ separatim sumptu  
totum subjectum adæquant, seu quæ  
singulæ seorsim cum ente reciprocantur.  
Simplices affectiones à quibusdam  
ponuntur quinque; *res*, *aliquid*, *unum*,  
*verum*, *bonum*, quæ solent transcen-  
dentia vocari, quod limites categoriæ  
rum transcendent, & per omnia rerum  
genera diffundantur, quibus si subje-  
ctum affectionum, ipsum ens addatur,  
sex transcendentia habebimus, quæ de  
omnibus rebus dici possunt. *Monto-*  
*rius c. 7. de universis*, putat multo plura  
adhuc transcendentia dari, quæ senten-  
tia cum certis rationibus non nitatur  
rejicienda videtur.

xii. Inter hæc *Res* & *Aliquid* non  
videntur numerari debere, ut affec-  
tiones entis ab ente & reliquis tribus af-  
fectionibus diversæ. Primo quod ad  
rem attinet, *Res* & *Ens* juxta commu-  
nem usum, tanquam synonyma vel po-  
tius polyonyma usurpantur, ut *Ensis* &

Gla-

gladius , & ideo interdum de Ente a-  
 & u existente dicuntur , interdum vero  
 ab actuali existentia præscindunt, qua-  
 re neutrum est passio alterius, quod et i-  
 am ex eo patet, quia unum de altero  
 nunquam prædicatur , nisi prædicatio-  
 ne identicā , ut si dicam Ens est res, vel  
 res est Ens, cum tamen veræ Entis pas-  
 siones in concreto de Ente prædicen-  
 tur prædicatione non identica , ut cum  
 dico Ens est unum, verum, bonum. A.  
 verroes , referente Fonseca , existimat  
 nomen rei latius patere , quam nomen  
 entis , ut tribuatur quoque entibus fi-  
 ctis, ut Hircocervo, Chimerę, cum Ens  
 tantum dicatur de entibus veris; verum  
 figmenta non dicuntur res absolutè sed  
 res fictitiae , qua restrictione adhibita  
 nomen entis iis quoque tribuitur, ut di-  
 cam esse Entia ficta.

XIII. *Aliquid*, vel sumitur pro e-  
 mni positivo & sic latius patet Ente,  
 non ergo Entis affectio est, vel notat  
 idem quod habens entitatem aliquam,  
 & sic

48 A R N. S E N G U E R D I I  
& sic idem significat quod Ens. Vela-  
liquid dicitur quasi *aliud quid*, juxta  
quam Etymologiam de formalis signi-  
ficat distinctionem ab alio, seu nega-  
tionem identitatis cum alio. Hoc vero  
sensu non est attributum diversum ab  
uno, vel in eo includitur tanquam con-  
sequens & ad unum revocatur. Unum  
enim est, quod est indivisum in se, &  
divisum à quolibet alio. Sunt qui ve-  
lint aliquid dicere actualem divisio-  
nem ab alio, ita ut ante creatum mun-  
dum Deus quidem unus esset, non ta-  
men *aliquid* quia non existebat aliud  
à quo actu divisus esset. Sed illud im-  
propriissime dicitur, & præterea in il-  
lo sensu non potest affectio Entis sta-  
tui, cum affectio Entis competit En-  
ti semper & per se, at actualiter ab a-  
lio divisum esse non oritur ex ratione  
Entis, sed ex coëxistentia aliarū rerum.

xiv. Relinquitur ergo tres tantum  
esse affectiones entis, *unitatem, verita-*  
*tem, bonitatem*, quæ de formalis non si-  
gnifi-

gnificant ipsum subiectum; tum enim attributa non essent, neque entitatem aliquam enti superadditam, interim tamen ens includunt, quare dicuntur cum enteconvertibiles: non quidem convertuntur convertibilitate secundum conceptum, quamvis enim non denotent aliam entitatem, distinguuntur tamen per diversas rationes, sed convertibilitate secundum prædicationem, quia adæquantur in suppositis, ita ut de quo unum prædicatur, prædicentur etiam reliqua.

xv. Inter has tres affectiones, unitas primum locum sibi vendicat, cum affectio absoluta sit, reliquæ vero respectum aliquem includant; veritas secundum, quia bonitas quodammodo fundatur in veritate, ut enim sanitas bona sit, supponitur veram esse sanitatem: sunt qui alteram rationem addant, quod verum dicat ordinem ad intellectum, bonum ad

50 ARN. SENGUERDI  
voluntatem , intellectus autem est  
prior potentia quam voluntas , nihil  
enim volumus nisi quod antea intel-  
lexerimus , unde illud *Ignoti nullacu-  
pido.*

---

## DISPUTATIO IV.

### De Uno.

*Respond.* ENOCHO POTTÉYO.

I. **V**NITAS TRANSCENDENTALIS NON  
EST CONFUNDENDA CUM UNITATE  
QUANTITATIVA , UNITAS ENIM TRANSCEN-  
DENTALIS OMNIBUS REBUS ETIAM SIM-  
PLICISSIMIS CONVENIT , DICIT ENIM A-  
RIST. 4. MET. c. 2.ENS & UNUM IDEM  
SUNT , UNITAS VERO QUANTITATIVA TAN-  
TUM IN IIS REPERITUR QVÆ MATERIAM  
& QUANTITATEM HABENT , QUARE DEO ,  
ANGELIS , ANIMÆ HUMANÆ UNITAS TRAN-  
SCENDENTALIS RECTÈ ADSCRIBITUR , NON  
VERO QUANTITATIVA. 2. SI OMNIS UNI-

COLLEG. METAPHYSICVM. 51

tas transcendentalis esset quantitativa , tum quantitas esset omnium generum rerū genus postremum ; affe-  
ctio enim posterior est subiecto, sub-  
iectum vero est ens quod in singulis  
rerum generibus reperitur , & affe-  
ctio ejus est unitas transcendentalis.  
Dicendum igitur potius est , unita-  
tem transcendentalem & quantitati-  
vam , habere se ut superius & inferi-  
us , nam unum transcendentia reperi-  
tur in omnibus rerum generibus , u-  
nitas vero quantitativa tantum in  
prædicamento quantitatis.

I I. Unum transcendentale est  
*ens indivisum in se* : ita cum dicimus  
Deum esse unum, significamus Deum  
esse in se indivisum. Formalis igitur  
ratio unitatis consistit in indivisio-  
ne, ut omne dicatur unum in quan-  
tum in se indivisum est , nam conce-  
pto aliquid esse in se indivisum , hoc  
ipso concipitur ut unum, & non con-  
cepto eo , non concipitur ut unum :

hæc etiam est sententia Phil. 5. Met. c. 6. Universe, inquit, quæcumque divisionem non habent, qua ratione non habent, eatenus unum dicuntur: ut si quatenus homo divisionem non habet, unus homo, si quatenus animal, unum animal, si quatenus magnitudo, una magnitudo. Dicimus unum esse indivisum non verò indivisibile: Compositum enim unum est & tamen in partes suas divisibile, sicut homo in partes dividi potest, attamen unus homo est: ens simplex indivisibile est & indivisum, ut Deus, ens verò compositum indivisum quidem sed non indivisibile, hoc est quod alii dicunt, quod entia simplicia sunt indivisa potentia & actu, composita vero actu quidem indivisa, non tamen potentia.

III. Sunt qui putent in descriptione unius addi debere: *divisionem*, à quolibet *alio*: sed divisio à quolibet *alio* videtur potius rationem unius sequi

sequi & unitate posterius quid esse, consequenter non pertinere ad illius formalem rationem, nec in ejus definitione debere poni: ideo enim res est divisa ab alio, quia est indivisa in se, præterea divisio ab alio requirit multitudinem, multitudo autem unitate posterior est, cum multitudo dicat plura entia, quorum unum non est aliud: quod si divisio à quolibet alio dicat terminos actu existentes, nihil certius videtur, quam illud non esse de ratione unius; Deus enim ante creatum mundum maximè unus erat, non tamen divisus ab aliis actu existentibus, cum nulla alia darentur, quare ab alio actu existente divisum esse, non convenit enti vel uni per se, sed oritur ex coexistentia aliorum, at passio entis debet enti semper & per se convenire inseparabiliter. Si vero intelligatur divisio vel distinctio ab alio quod existere potest, tum quidem admitti potest, il-

Iudicari convenire omni enti, non tamen rationem formalem unitatis intrat, sed illam adhuc consequitur, ut ex eo appareat, quia possumus perfecte concipere unum, non conceptis aliis rebus possibilibus, à quibus unum distinctum esset. Neque dici potest quod per aliud intelligatur terminus negativus seu contradictorius, non ens scilicet, ut unum dicatur ens esse indivisum in se & divisum seu distinctum à non ente, quia distinctum esse à non-ente, vel non esse non-ens, nihil est aliud quam esse ens, esse vero ens non est affectio entis, cum nihil distinctum ab ente dicat.

iv. *Indivisionem* hanc de formalis non dicere novam entitatem quam enti superaddat, ex superiori disp. patet. Quæritur inter Philosophos quid illa *indiviso* de formalis notet. Non est ens rationis, cum illud ita à ratione dependeat ut absque intellectus operatione in rerum natura non detur,

detur , ens vero absque mentis opera  
unum sit. Nec relationem addit , o-  
mnis enim relatum sui correlati rela-  
tum est, unum vero ad correlatū non  
refertur , est enim absolutum quid ;  
Nec dici potest , unum significare  
relationem identitatis ad seipsum,  
nam esse unum & esse idem sunt pre-  
dicata valde diversa , cum esse idem,  
prædicatum sit enti conveniens me-  
diante intellectu , cuius fundamen-  
tum est unum. Neque negatio dici  
potest , nulla enim negatio est affe-  
ctio entis realis , & certe si negatio  
effet, effet negatio multitudinis, cum  
dicendum sit, multitudinem esse ne-  
gationem unitatis. Nec identitatis  
negatio est, ut enim aliquid sit unum,  
non requiritur ut ab alio divisum sit,  
sive ut dicat, non esse idem cum alio.  
Nec privatio dici potest , tum enim  
unitas Deo tribui non posset , cum  
omnis privatio imperfectionem ali-  
quam ponat , privatio enim omnis

potentiam includit, cum sit absentia  
habitū qui poterat vel debebat ines-  
se, quare igitur si diceremus indivi-  
sionēm dicere privationem divisio-  
nis, admitteremus in Deo aptitudi-  
nem ad divisionem. Communior igi-  
tur sententia statuit, indivisionem  
non dicere meram negationem, nec  
meram privationem, sed negatio-  
nem per modum privationis. Nam  
inquiunt, privatio negat formam  
sed ponit subjectū, ut cæcitas negat  
facultatem videndi, ponit tamē ani-  
mal illius capax: ita unum negat di-  
visionem verum ponit ens, proinde  
connotat subjectum, in eo tamen vo-  
lunt recedere à naturā privationis,  
quia capacitatem seu aptitudinem  
ad divisionem quam negat non in-  
cludit. Verum neq; hæc sententia  
satis vera videtur, negatio enim, cum  
nihil reale sit, non potest entis rea-  
lis affectio esse: quare existimandum  
videtur, modum significandi & ex-  
pliandi

plicandi unitatem quoad vocem esse quidem negativum, cum *indivisiō-*  
*rem* dicimus, interim quoad rem sig-  
nificantam dicere modum positivum,  
nec hoc absurdum videri debet, cum  
ſæpe ob vocabulorum penuriam af-  
firmata seu positiva vocabulis nega-  
tivis exprimamus, ut cum Deum im-  
mensum, Spiritum immateriale, <sup>et</sup>  
bestiam irrationalem dicimus.

v. Hæc sententia eo confirmari  
videtur, quia in illis rebus quæ sunt  
una per compositionem, unitas ori-  
tur ex unione plurium, quæ unio est  
quid positivum in ipsis: nam res pla-  
res hoc ipso sunt multæ & non una,  
quia unionem negant, quare divisione  
in illis formaliter dicit negationem  
divisionis, quod in illis est ponere u-  
nionem plurium, consequenter autem  
unitas in illis, quæ non sunt una per  
unionem plurium, sed per simplices  
substantias entitates; unitas dicit positivum  
quid, quod est altius & eminentius.

78 ARN. SENGUERDII  
quam unio, quamvis voce negativa  
efferatur. Hanc sententiam appro-  
bans, Vasquez ex *Arist. 10. Met. 5.*  
probare nititur.

**VII.** Huic unitati opponitur multitu-  
do si ut multitudo cōsideretur, alias e-  
nim multitudo unitatis rationē indu-  
cre potest, ut tum unū denotet, si non  
simpliciter, saltem secundum quid:  
unum autem videtur prius esse mul-  
titudine. **I.** Quia multitudo depen-  
det ab unis, unum verò non depen-  
det à multitudine, & unum est prin-  
cipium multitudinis, una enim mul-  
titudinem componunt, quare quoad  
existendi consecutionem non con-  
vertuntur, posita enim multitudine  
ponitur unum, sed posita unitate  
non ponitur multitudo: præterea  
multitudo definitur per unitates, u-  
nitas verò non per multitudinem.

**VIII.** Unitas est triplex universa-  
lis, individualis vel formalis. Unitas  
universalis, quæ etiam unitas præci-  
sionis

sionis vocatur, dicit naturam quæ apta est pluribus inferioribus sibi subjectis inesse, quomodo animal se habet ad hominem & bestiam, homo ad Petrum, Paulum &c. Unitas *Individualis* seu singularitatis est, qua individua cuiuscunque naturæ, sunt incomunicab illia pluribus inferioribus, seu secundum quam res singularis est non-divisibilis in plures entitates tales qualis est ipsa, ut Petrus, hæc linea: non enim potest Petrus in plures Petros, hæc linea in plures has lineas dividi. Unitas *formalis* est in natura seu essentia secundum se considerata, quatenus præscindit ab esse quod habet in individuis. Hæ tres unitates sic differunt, quod unitas universalis includat communabilitatem, seu, dicit id quod eo patto unum est, pluribus inferioribus convenire posse; hanc communabilitatem seu participationem excludit unitas individualis, unitas for-

60. *AN. SEN. V. B. D. T.*  
malissimum nec includit nec excludit.

*V. I. I.*

Unitas formalis multiplicatur ad multiplicationem individuorum, unde fit, quod discriminem inter unitatem formalem & individualem obscurius est, ut vero plene illud intelligatur, tenendum est in individuis reperiri naturam seu essentiam quae in aliis individuis ejusdem speciei datur, praeterea in unoquoque individuo dari differentiam individualem, quae contrahit speciem & individuum constituit, eo ferè modo quo differentia specifica contrahit genus & constituit speciem, rationalitas ex. gti. contrahit animal & constituit horum, discriminem tamen in eo consistit, quod differentia specifica non aliquid essentiale in una specie quod non est in alia, differentia autem individualis nullum specificum discriminem tribuit, ita ex. gti. in Petro dicitur humanitas in qua conuenit

Venit cum Paulo, Socrate & aliis hominibus, &c præterea Petreitas ut italoquar, per quam à Patilo qui Paulitatem habet, numero non verò essentia distinguitur. Iam verò unitas individualis est ea quæ convenit singularibus prout considerantur una cum differentia individuali, ita Petrus est unum individuale, quia dico unam naturam humanam una cum differentia individuali, Petreitate. Unitas formalis est, quæ convenit singularibus, quatenus abstracta sunt à differentiis individualibus, ut si considerem unitatem humanitatis quæ in Petro est, non considerata Petreitate: unde jam manifestum est, quare dixerim, unitatem formalis, nec includere nec excludere communicabilitatem, nam humanitas quæ in Petro est, indifferens est ad omnia individua sive specie hominis contenta, neque illath' communicabilitate excludit, cum etiam

tatis

talis humanitas in Socrate detur, Petreitas vero necessario excludit cōmunicabilitatem, non enim potest esse in Paulo, tam enim Paulus esset Petrus.

ix. Differentia individualis aliquo falso modo differt à natura individuandas non enim necesse est, unquamque rem esse per se individuam (loquor de rebus finitis, Deus enim sua natura est singularis, cuius essentiae repugnat pluribus communicari posse, quare non magis potest verus Deus communi conceptu concipi & abstrahi ab hoc Deo quam Petrus ab hoc Petro) homo enim ut sic non est singularis, attamen natura humana ut existit & facta est hæc, singularis est & incapax communicabilitatis, neque dici potest quod accidens sit, aut quippiam positivum, quod ex naturâ rei differat à natura individuanda. Quare dicendum videtur differentiam individuantem, esse quidem

rem

rem positivam, sed quæ sola ratione differat à natura individuanda.

x. Id unde differentia individuallis sumitur, vocatur principium individuationis. Anxiè quæritur inter Philosophos quodnam illud sit. Thomæ sententia fuit, substantiarum materialium sub eadem specie contentarum principium individuationis esse materiam signatam, sectatores vero ipsius varii variè explicant quid per materiam signatam intelligendum sit, convenient quidem in eo, quod per materiam signatam intelligi debeat materia quantitate signata, quidam tamen illorum putant materiam signatam nihil aliud esse quam materiam quantam, sive aggregatum quid ex materia & quantitate. Alii vero materiae signatæ nomine intelligunt materiam cum potestate ad certam numero & determinatam quantitatem. Verumtamen nec materia ut materia est, nec mate-

materia signata quo cunque modo explicari solet, principium individuationis dici posse videtur. Non materia ut materia, cum enim illa pluribus individuis communicabilis sit, non potest statui principium incommunicabilitatis. 2. Si materia ut talis esset principium individuationis, tum genitum & corruptum idem numero esset, eadem enim numero materia manet in genito quæ fuerat in corrupto. Neque materia quantitate affecta, nam illa quantitas esset terminata vel interminata, neutra verò principium individuationis est: non interminata, quia illa non est minus indifferens ad singularitatem quam ipsa materia universe spectata: nec terminata, quia illa advenit materiali in suo individuali esse jam constituto; præterea si quantitas terminata esset principium individuationis mutata quantitate, ipsum individuum fieret aliud, ita ex. gr. aliud.

individuū esset Petrus puer & idem adultus, & certè cum quantitas accidentis sit, non video quo pacto substantia per illam individuari possit, neque respectus ad certam quantitatem principium individuationis dici potest, respectus enim ille præsupponit unitatem materię.

XI. Neque collectio plurium accidentium quæ in nullo alio reperitur, principium individuationis est; quia secundo per metis operationem quo-cunque accidente, substantia una manebit. Quare potius statuendum videtur, principium individuationis nihil aliud esse, quam essentiam cuiusque rei singularem, sive ea simplex sive composita.

DISPU-

## DISPUTATIO V.

De Universalibus & Distinctio-  
tionum generibus,

*Resp. DIONYSIO CRUCIO.*

3. **D**ARI universalia certissi-  
mum est, formamus enim  
conceptus qui pluribus inferioribus  
conveniunt: præterea nihil frigi-  
dius esset illa divisione qua substan-  
tia in primam & secundam dividi-  
tur si nullum universale daretur, cum  
substantia secunda nihil aliud sit quam  
substantia universalis: tum etiam  
vani essent enunciandi modi quibus  
genus de speciebus, animal ex. gr. de  
homine & bestia, virtus de justitia  
& fortitudine, & species de indivi-  
duis, homo de Petro & Socrate præ-  
dicaretur, frustra dicerentur aliqua  
genera aut specie convenire.

ii. Omne

II. Omne universale in se unum est, aliquo tamen modo respectum habet ad multa, sive respiciamus universale in distribuendo, quod est signum universale, denotans prædicatum omni vel nulli subjecto convenire, sive multorum effectuum causam universalem consideremus, quæ universale in causando dici solet, ut Deus, cœlum, sive vocabula homonyma intelligamus, quæ universalia in significando dicuntur, ut cum vocabulum canis sideri & animali tribuitur, sive universalia sunt ante multa, in multis, vel post multa, quæ ab aliis dicuntur universalia in essendo, in prædicando, in repræsentando. Universalia *ante multa* sunt rerum condendarum quasi exemplaria: *in multis* communes & universæ naturæ quæ in singularibus sunt, *post multa*, sunt universales conceptus sive notiones quas mens sibi format ex intuitu rerum singulatium, seu ut

Com-

Combachius definit, universale in  
repræsentando est species intelligi-  
bilis abstrahens ab hinc & nunc, re-  
præsentans intellectui notionem co-  
venientem pluribus individuis, &  
singularibus.

III. Universale quod hujus loci  
est, definitur *quod multis inesse naturum*  
*est.* 7. *Met. c. 13.* Et *quod de multis*  
*dicinatum est.* 7. *de Interpr.* quæ duæ  
definitiones idem fere significant, ita  
ramen ut una contineat causam al-  
terius, nam ideo dicitur universale  
de multis, quia multis inest, ut homo  
dicitur de Petro, Paulo, &c. quia in  
Petro, Paulo reperitur, animal de ho-  
mine & bestia, quia in illis datur. Ex  
his definitionibus illa extruitur, qua  
universale definitor, unum aliquod  
nomine & ratione multis communi-  
cabile.

IV. Dub ergo requiruntur ad uni-  
versale, unitas & communicabilitas,  
sive universale debet ita esse unum  
ut

ut habeat aptitudinem essendi in multis: nam si natura non sit aliquo modo una, non potest esse universalis, cum universale ab uno denominetur sed meram denotabit multitudinem & aggregationem rerum, si non sit apta ut pluribus insit, singularis potius aut formalis quam universalis erit, ita homo universale quid est, quia non tantum nomen hominis sed ejus etiam definitio Petro, Paulo & cæteris hominibus convenit: aptitudo pluribus inessendi ad universalitatem sufficit, ut vero actu pluribus communicetur, non requiritur; Sol enim universale quid est, quamvis unicus tantum detur, quia eadem natura Solis talis est, ut pluribus inesse possit; si scil. Deo visum esset plures Soles ejusdem essentiæ & naturæ cum hoc nostro sole creare, ita homo universale quid erat, solo Adamo existente.

V. Unitas illa universalis non est realis

70 ARN. SENGUERDI  
realis sed rationis tantum, neque enim datur in rebus ante & citra mentis operationem, nihil enim existens in rebus ante mentis operam separatum est à differentiis suis individuatibus, & per consequens quicquid est à parte rei, singulare est; mentis igitur opus est, universale à singulari abstrahere, quæ abstractio continet, cum intellectus singularium hominum ex. gr. individua contemplatur, separat differentias individuantes quibus unus homo ab altero differt, videt tunc omnes in humanitate convenire, & hinc jam homini tribuit unitatem specificam: quare universalia ante mentis operationem, in rerum natura dantur quoad suum fundamentum, seu materiale, quod consistit in similitudine individualium quoad essentiam & omnia essentialia praedicata, unde non male universale incompletum dici posse videtur: similitudo tamen illa non est

COLLEG. METAPHYSICVM. 71

est ipsa unitas universalis, cum non dicat indivisionem, sed solam convenientiam seu coexistentiam plurium, imo similitudo talis plurium a. Qua existentium ne quidem requiriatur ad universalitatem, cum universale possit in uno tantum individuo reperiri, ut de Sole dictū est, quamvis requiratur ut plura individua dari possint: verum secundum suum formale quod à quibusdam universalitas dicitur, dependet universale à mente, nam quoad actualem existentiam alia est humanitas in Petro, alia in Paulo: alia animalitas in hoc homine, alia in hac bestia, quibus tum mens unitatem attribuit; hoc est quod alii dicunt, universale in actu quatenus tale, extra mentem & intellectum non dari, universale vero in potentia, revera in rebus dari; Quia vero universalia presupponunt fundamentaliter singularia, hinc fit quod non possint existere separata à singu-

singularibus, quamvis dari possint si-  
ne hoc vel illo singulari, quomodo  
non potest existere homo, nisi medi-  
ante homine singulari, sed dari po-  
test quamvis non existat Petrus vel  
Paulus.

vi. Unitas universalis non multi-  
plicatur ad multiplicationem inferi-  
orum (per quod distinguitur ab uni-  
tate formalis, tot enim unitates for-  
males habemus quot individua) tum  
enim multiplicaretur unitas genera-  
ca in speciebus, & unitas specifica in  
individuis, quare sicut vere dico, ho-  
mo est animal, vere quoque dicere  
possem, homo est genus, prædicatur  
de pluribus specie differentibus, qua  
omnia longè absurdâ sunt, tum enim  
singulare non singulare sed univer-  
sale esset. Alterum quod in Univer-  
sali requiritur est *communicabilitas*,  
seu aptitudo pluribus inferioribus si-  
hi subjectis inessendi. Universale e-  
nīm ut totum potentiale partibus suis  
ineſt

inest per modum identitatis, alioqui natura universalis de inferioribus non prædicaretur, cum prædicare nihil aliud sit, quam dicere hoc est hoc, ut cum dico fortitudo est virtus, justitia est virtus, dico virtutem per modum identitatis fortitudini, justitiae inesse. Aptitudo autem ista non est qualitas aliqua, cum reperiatur in omnibus rerum generibus, unde si qualitas esset, tum natura alterius prædicamenti cum hac aptitudine constitueret unum quid per accidens: neque est aliquid reale inexistentia à parte rei ipsi universalis, tum enim reperiri quoque deberet in singulari: reales enim proprietates superiorum, inferioribus quoque conveniunt, unde dicitur quod convenit generi, convenit etiam speciei, & quod speciei convenit, id convenit individuo, cum ramen ista communicabilitas singulari repugnet. Nihil igitur aliud est ista aptitudo, quam

non repugnantia multiplicationis  
uaturæ, quæ fundamentum habet in  
finitudine rerum creatarum, interim  
tamen naturæ non convenit, nisi per  
operationem intellectus abstrahar-  
tur, sicut ipsa unitas universalis sit  
per intellectum sumta occasione in  
natura. Hæc omnia locum habent  
non tantum in substantiis corporeis,  
sed etiam in substantiis incorporeis  
creatis, ut etiam in accidentibus,  
quibus hoc pacto unitatem universa-  
lem, & aptitudinem pluribus infe-  
rioribus ineffendi tribuimus.

VIII. Universalia dicuntur esse  
æterna unde de iis certissima cogni-  
tio haberi potest, non quidem quo-  
ad actualem eorum existentiam, sed  
secundum prædicatorum connexio-  
nem, id est, posito, universale ali-  
quando habiturum esse actuale in in-  
dividuo, tale erit, cui simile quoad  
essentiam & quæ essentiam necessa-  
rio consequuntur in aliis etiam indi-  
viduis

ix. Ad unitatem universalem revocatur unitas analogorum attributionis secundum intrinsecam formā, quae Aristoteles ab uno vocat, ista tamen analoga dicuntur non esse vere universalia, quia non æqualiter de inferioribus prædicantur, ut cum ens de substantia & accidente dicitur. Analogia attributionis externę, ut cum sanitas in concreto de animali, urina & exercitio dicitur: sicut etiam analogia proportionis, ad homonyma potius quam universalia pertinere videntur, cum eorum unus conceptus formari non possit.

x. Et hæc de unitate. Unitati opponitur multitudo si ut multitudo consideretur, cum verò multitudo ex divisione seu distinctione consurgat, solēt Metaphysici hoc loco de distinctionibus agere. Est autem distinctio, qua aliquid ab alio vel à se ipso differt. Est verò distinctio triplex

realis, rationis & modalis. Distinctio  
*realis* ratione extreborum est positi-  
va vel negativa. *Positiva* que est inter  
extrema positiva & realia quorum  
unum non est aliud, quo pacto homo  
& equus, Callias & Socrates, albor  
& nigor distinguuntur: contingit  
verò aliquando illa extrema actu se-  
parari, ut in datis exemplis, verum  
illud necessarium non est, nam ma-  
teria & forma propriè & verè rea-  
liter distinguuntur, sunt enim res di-  
versissimæ, cum tamen materia nun-  
quam omni forma nudata reperi-  
tur; quare separatio unius ab alio  
non est reciprocabile signum distin-  
ctionis realis, Distinctio realis *nega-*  
*tiva* habet locum, cum unum extre-  
num est positivum, alterum negati-  
vum seu privativum, quo pacto visus  
& cæcitas, potentia audiendi & sur-  
ditas, lux & tenebrae distinguuntur,  
vel etiam cum utrumque extrellum  
est privativum, quo pacto cæcitas, &  
surditas

surditas, & tenebræ distinguuntur. Hęc quidem minus propriè realis distinctio dicitur quam positiva, interim tamen ad distinctionem realens refertur, quia hęc ita distinguuntur inter se, ut quod si res positivæ esset, distinguerentur propriè realiter, vel quia fundamenta aut subjecta habet realiter distincta.

xii. Distinctio realis positiva est, essentialis quæ ab essentia, vel accidentalis quæ ab accidentibus vel ab eo quod extra essentiam est, sumitur, distinctio essentialis est generica, specifica vel numerica. Generica, qua summa genera rerum & quæ sub iis continentur differunt, ut substantia & qualitas, homo & color: specifica, qua species ejusdem generis differunt, homo & bestia. Quæ differunt summo genere, differunt tora essentia, quæ distinguuntur specie, parte tantum essentiæ; genus enim quod commune habent

partem saltem Metaphysicam essentiae constituit. Numerica diversitas est inter plura individua ejusdem speciei, individua autem tota essentia convenient. Ad distinctionem accidentalem pertinent, imparitas quæ diversitatem in qualitate, & dissimilitudo, quæ distinctionem in qualitate notat, nam à quantitate dicuntur res æquales vel inæquales, pares vel impares : à qualitate similes vel dissimiles. Huc quoque pertinet diversitas in causis, effectis, subjectis &c. quæ ad essentiam non pertinent.

xii. Distinctio *rationis* est, quæ rebus tribuitur prout conceptibus nostris substant, non vero est actualiter in ipsis rebus quæ sic distinctè denominantur, prout in se existunt. Est autem illa duplex rationis ratiocinantis seu concipientis & rationis ratiocinatæ. Distinctio *rationis ratiocinantis* est, cum una eademque res pluri-

pluribus sed similibus conceptibus distinguitur, ut si dicamus Petrum à se ipso distingui. *Distinctio rationis ratiocinatae* fit per conceptus inadæquatos ejusdem rei, sive cum una eademque res dissimilibus conceptibus intellectui objicitur, quod pacto in Deo distinguimus unum attributum ab alio, justitiam ex. gr. à misericordia, in Sole vim calefactivam & exsiccativam. *Distinctio rationis ratiocinantis* nullum habet fundatum in re, sed oritur ex sola negotiatione & operatione intellectus. *Distinctio rationis ratiocinatæ* habet aliquod fundamentum in re, quomodo respectu effectuum justitia & misericordia in Deo distinguuntur, cum in Deo sit una & eadem res: dicitur hæc *distinctio rationis* quia formaliter non est in rebus sed per rationem fit, *ratiocinatae* vero, quia res ipsa circa quam ratiocinando intellectus versatur, occasionem præbet

xii. Unde satis patet, non ideo distinctionem rationis dici, quod inter entia rationis versetur, constat enim ex datis exemplis ea quæ hoc modo distinguuntur esse entia realia, vel esse ens reale diversis modis conceptum: nec hoc modo distinguendo mens nostra fallitur, quia non affirmat in re esse distincta quæ sic concipit, sed apprehendit illa modo, ut distincta per abstractionem præcisivam, si postea distinctionem illam de rebus sic conceptis prædicet, ut dicat ex. gr. in Sole distinctionem esse vim calefactivam ab exsiccativa, tum non affirmat, simpliciter res esse realiter distinctas, sed tantum secundum rationem, in quo non errat: volunt Philosophi hanc distinctionem conceptuum respectu rei quæ in se omnino una est semper esse ob imperfectionem conceptus, quod intellectus eam tum imperfe-

æ,

COLLEG. METAPHYSICVM. 81  
cte, confusè & inadæquate conci-  
piat.

14. Præter distinctionem realem &  
rationis admittenda etiam est distin-  
ctio, quæ non est tanta quanta est  
inter rem & rem, major tamen est  
quam rationis distinctio, quæ repe-  
titur inter rem & ejus modum, unde  
distinctio modalis dici solet.

---

## DISPUTATIO VI.

### De Vero.

Resp. PETRO PANNELIO.

I.  Eritatem esse en-  
tis effectionem  
probari solet ex  
Aristot. 2. Metap.  
c. 1. ubi inquit. *ut*  
secundum esse unu-  
quodque se habet ita etiam secundum  
veritatem, nam quæ semper sunt,  
semper vera sunt, quæ non semper  
sunt, non semper sunt vera, quæ cau-

D. 5 sam

sam sui habent, ea etiam habent causam suę veritatis, Deus qui non habet causam sui, sed ipse est causa ut cætera sint, ex se ipso, id est, à nullo alio quoque verissimus est & causa veritatis transcendentalis in aliis, & hinc est quod solus verus dicatur, quia solus veritatem essentialem & independentem habet. Debere autem veritatem secundo loco tractari inter affectiones entis simplices quæ singulæ seorsim cum ente reciprocantur & de eo in concreto prædicantur *disp. 3.* ostensum est. Quia autem veritas multipliciter dicitur, & non omnis constituit entis affectionem, veritatem distinguemus.

11. Omnis omnino veritas convenientiam aliquam postulat, quæ pro diversitate veritatis ipsa quoque varia est. Triplex autem solet assignari veritas à Philosophis, in significando, cognoscendo & essendo. Prima veritas propriè reperitur in

voci-

vocibus, scripturis & conceptibus non ultimatis, quos vocant notiones secundas, quæ non attingunt rem repræsentandam proximè. Secunda veritas est in intellectu cognoscentes, seu in cognitione & conceptione ipsarum rerum. Tertia est in rebus ipsis, quæ verè denominantur & illa propriè est hujus loci. Nos vero aliam divisionem sequemur, qua veritas in simplicem & complexam dividitur.

*Veritas complexa*, quæ etiam veritas compositionis & divisionis dicitur, semper quidem adjunctam habet veritatem transcendentalem, actus enim judicandi verus actus est; interim tamen ipsa complexa veritas, non est affectio entis de qua agimus, cum non reciprocetur cum ente, imo cum mutari possit non mutantato ente, quod in veritate transcendentali locum habere non potest, sed sola veritas simplex inter entis affectiones.

84 ARN. SENGUERDI  
ctiones numerari debet. Quia vero  
vocabulum veritatis primo tribu-  
tum videtur veritati complexæ, &  
præterea omnes veritates magnam  
inter se convenientiam & proporcio-  
nem habent, de veritate complexa  
primo videbimus, ut veritas simplex,  
quæ entis affectio est, facilius intel-  
ligi possit.

IV. Veritas complexa æquè repe-  
titur in divisione seu negatione at-  
que in compositione seu affirmatio-  
ne, nam propositio negativa tam  
propriè vera esse potest quam affir-  
mativa, sicut affirmativa æquè falsa  
esse potest atque negativa, quomodo  
tam verum est, Deum non esse cor-  
poreum, hominem non esse lapidem,  
quam Deum esse æternum, homi-  
num esse animal, & tam falsum est,  
hominem esse lapidem, quam falsum  
est, eum non esse animal: nam quam-  
vis in divisione spectetur difformi-  
tas vel disconvenientia extremo-  
rum,

rum, reperitur tamen aliqua conformitas, non extremonum inter se, sed judicij vel orationis cum re: Complexa veritas non est in intellectu antequam judicet, seu prædicatum cum subjecto conjungat in affirmatione, vel ab eo dividat in negatione, nam ante judicium est nuda apprehensio terminorum, ut si quis dubitat abundus concipiatur vel dicatur astra esse paria, cœlum moveri, nullam adhuc veritatem aut falsitatem complexam habet, quia non judicat, sed assensum cohibet, id est scit quid astra, quid numerus par, quid cœlum, quid motus sit, ignorat tamen, an talia prædicta illis subjectis convenient, nec ne.

v. Utroque complexa veritas in divisione scilicet & in compositione, vel est in judicio mentis, vel in verbis, vel in scriptis verborum indicibus. *Veritas in mente* dicit convenientiam judicij cum rebus ipsis,

five.

86 A R N. S E N G U E R D I I  
sive tum locum habet, cum mens ju-  
dicat ea esse conjuncta, quæ revera  
conjuncta sunt, & divisa quæ in re  
divisa sunt: talis veritas locum ha-  
bet, cum judicamus hominem esse s-  
animal, quia conjungimus in intelle-  
ctus judicio animal & hominem,  
quæ in re conjuncta sunt, vel cum jo-  
dicamus hominem non esse lapi-  
dem, sejungimus enim lapidem ab  
homine & illa duo in re divisa sunt.

VI. *Veritas in verbis seu oratione*  
duplex est, Logica & Ethica. *Veritas*  
*Logica* consistit in convenientia ora-  
tionis cum rebus, seu tum habet lo-  
cum cum illa conjuncta sunt in re,  
quæ conjuncta pronunciamus, vel  
cum divisa sunt quæ divisa dicimus.  
*Veritas Ethica* notat convenientiam  
orationis cum mentis judicio, ut ille  
dicatur verum dicere qui loquitur ut  
fentit. In veritate logica spectatur  
eventus, in veritate ethica ad ani-  
mum dicentis attenditur: veritas e-  
thica

thica magis propriè dicitur *veracitas*, cum ab ea aliquis potius verax quam verus dicatur. Hæc duplex veritas eodem modo reperitur in scriptis, nam veritas logica in scriptis dicit convenientiam scriptorum cum rebus: Ethica consistit in convenientia scriptorum cum mentis iudicio.

VII. Complexæ veritati contrariatur complexa falsitas, quæ totuplex est, quotuplex est ipsa veritas. Falsitas quæ in iudicio intellectus est, consistit in disconvenientia intellectus & rei, diciturque ignorantia pravæ dispositionis. Falsitas Logica consistit in disconvenientia orationis & rei. Falsitas Ethica in disconvenientia iudicij & orationis, unde qui Ethice falsum loquitur, propriè dicitur mentiri, mentiri enim est contra mentem ire. Ex dictis patet, quo pacto possit quis dicere verum Ethicè, & falsum Logicè, cum

cum scilicet secundum errans suum  
judicium pronunciat, & vice versa  
falsum Ethicè & verum Logicè, cum  
loquitur contra animi sensum & res  
tamen ita se habet, ut verbis vel scri-  
ptis protulerat, ut si quis certo per-  
suasus sit hostem non esse profligatum,  
dicat tamen eum esse profligatum,  
interim profligatus sit, ille verum  
Logicè dicit, quia dicit esse quod est,  
falsum tamen Ethicè, quia ~~rein~~ ve-  
ram dicit contra proprium suum ju-  
dicum. Nec tamen hinc sequitur  
aliquid esse verum in Logicâ, quod  
falsum sit in Ethicâ aut vice versa, a-  
liud enim est dicere, esse verum vel  
falsum, Logicè vel Ethicè, quam in  
Logicâ vel in Ethicâ, per adverbia  
enim ista considerationem & respe-  
ctum notamus, ut sc. talem vel talem  
convenientiam respiciamus.

viii. Veritas simplex tripliciter  
considerari potest. 1. *Directivè*, quo  
pacto dicitur in Logicâ considerari,  
quia

quia omnia quæ Logicus tradit eo faciunt, ut mens sine errore in cognitione rerum dirigatur & versetur.

2. *In actu exercito seu materialiter*, cum considerantur res veræ & earum proprietates, & eo quidem modo omnes scientię de veritate agunt, ita Physicus tractat veritatem in actu exercito, cum de corpore naturali, quod verum ens est, agit. 3. *In actu signato seu formaliter* cum inquiritur quid ipsa veritas sit, & hoc quidem soli Metap. competit, reliquæ enim res veras tractant, non verò earum veritatem. Hanc simplicem veritatem, affectionem entis cum ente reciprocabilem ponimus cum Aristotele & ejus sectatoribus, ita ut hæc veritas omni enti competit, unde transcendentalem vocamus.

ix. Quæritur in quo consistat hæc veritas & quid enti addat. Non posse novam entitatem enti superaddere ex disp. 3. satis patet. Nec in

90 A R N. S E N G U E R D I I  
in conformitate rei cum Idea sua e-  
am consistere dici potest , sunt enim  
ipsæ Ideæ veræ, unde ergo illæ veri-  
tatem habebunt , non potest dici  
quod in conformitate cum suis Ideis,  
sic enim in infinitum procedere pos-  
sum, ut quæram , unde istæ rursus I-  
deæ cum quibus primæ dicebantur  
habere conformitatem , suam veri-  
tatem habeant , neque aliud aliquid  
poni potest per quod Ideæ veræ di-  
cantur , tum enim non consisteret or-  
mnis veritas in conformitate cum I-  
dea , at veritatis ratio utrobique ea-  
dem esse debet. **Quare** multorum  
sententia est , illam enti addere rela-  
tionem cōformitatis ad intellectum  
unde definiri solet ; congruentia vel  
convenientia entis cum intellectu.  
Conformatas autem duplex est ; a-  
ctualis, quæ in hoc consistit quod res  
talis sit , quæ actu intelligatur , vel  
aptitudinalis , quod res talis sit , ut  
possit intellectui conformari ; com-  
munior

munior sententia statuit, ad veritatem non requiri actualem conformitatem, sed aptitudinalem sufficere, ut ergo veritas transcendentalis nihil dicat nisi intelligibilitatem entis, quæ ex parte rei intelligibilis notet aptitudinem ut intelligi valeat, & addat relationem ad intellectum, cui quantum ex se possit conformari: nam etiamsi nullus esset intellectus cognoscens rem, aurum tamen esset aurum, quia ex se est conformabile intellectui seu ei potest repræsentari. Intellectum autem cui res conformabilis est intelligent divinum, angelicum vel humanum, interim intellectum divinum maxime respici statuunt, quia in eo est summa & infallibilis veritas & perfectissima rerum omnium repræsentatio.

Hæc tamen communis Philosophorum sententia fortasse vix satis vera est, rationi enim consentaneum non videtur, ideo verum aurum dici,  
quia

92 ARN. SENGUERDII  
quia intellectui conforme aut conformable est, sed conformabilitas illa videtur potius ex veritate ori, ut dicamus ideo esse aliquid intellectui conformabile, quia verum est, cum enim quæritur cur hoc aurum sit *vc.* rum aurum, vix videtur aliquis satisfacere si respondeat, quia intellectui conformari potest: sicut enim in veritate complexa, quia res est, vel non est, oratio vera vel falsa est *Ca.* c. 12. ita in veritate simplici quia res vera est, videtur esse conformabilis.  
**Quare** potius statuendum videtur veritatem consistere in convenientia rei cum suâ definitione aut principiis essentialibus, ut cum verum aurum dico, dicam tali rei convenire auri definitionem. Veritas igitur de formal i addit enti denominacionem sumptam à convenientia cum essentia rei.

**xii.** Veritas simplex habet etiam locum in simplicibus rerum concep-  
tibus

tibus. Observandum est in concep-  
tibus duplicem veritatem reperiri:  
una transcendentalis est cum con-  
ceptus considerantur ut qualitates  
menti inhærentes: altera est veritas  
quam in repræsentando vocare licet,  
quæ in eo consistit, quod repræsen-  
tent illa quorum conceptus esse di-  
cuntur. Veritas in repræsentando  
distinguitur à veritate transcenden-  
tali, quod dicat convenientiam cum  
objectis aut rebus significatis, cum  
veritas trāscendentalis dicat conve-  
nientiam rei cum suādefinitione: un-  
de fit quod veritas tranſcendentalis  
inanente re maneat, ea sublata, tol-  
latur: re autem abolita non necessa-  
rio illius conceptus etiam verus a-  
boletur. In simplici hac notitia re-  
peritur veritas cognitionis, sensus  
enim in cognitione proprii sensibi-  
lis verus dicitur 2. de An. c. 6. in quo  
tamen complexio non datur, ergo  
multo magis in simplici intellectus  
cogni-

94 A R N. S E N G U E R D I I  
cognitione veritas ponenda est: di-  
citur tamen peculiari aliqua & pro-  
priâ ratione veritas cognitionis in  
compositione reperiri, quia in com-  
positione conformitas intelligitur.

xii. Veritati simplici nulla falsi-  
tas opponitur, quæ in rebus aut sim-  
plicibus rerum conceptibus detur.  
Non datur falsitas in rebus, nam  
quicquid est in rerum natura cum  
definitione sua convenit, ita aurum  
omne verum aurum est, quia cum  
auri definitione convenit, si enim ip-  
si non competit auri definitio, jam  
non propriè falsum aurum est, sed  
potius est non aurum, ita aurichal-  
cum non tam falsum aurum quam  
verum aurichalcum est, cum ipsi au-  
richalci definitio conveniat, nec i-  
deo aliquid propriè falsum dici de-  
bet, quia non covenit cum alterius  
rei definitione: sic enim quicquid  
est, falsum esset, & ita non aurichal-  
cum tantum, sed & Cælum, homo

&c.

&c. falsum aurum essent, quia non  
conveniunt cum definitione auri.  
Inter id tamen multa falsa denomi-  
namus, non propter solam noncon-  
venientiam, sed quia occasionem  
falsitatis nobis præbent, ut existi-  
memus aliquid esse quod non est,  
quo pacto aurichalcum falsum au-  
rum vocamus, propter similitudi-  
nem quam habet cum vero auro, un-  
de verum aurū esse judicatur: quod si  
propter dissimilitudinem falsū aurū  
diceretur, tum plumbum, stannum  
vel ferrum potius falsum aurum di-  
cideberent quam aurichalcum, quia  
magis hęc ab auro distant, quam  
aurichalcum; falsum etiam ali-  
quid aliquando vocamus, quamvis  
similitudinem non habeat cum verā  
re, modo pro verā re habeatur, ut  
cum idolum falsus Deus dicitur.

XIIII. Neque etiam in concepti-  
bus simplicibus falsitas reperitur: aut  
enim repræsentatur objectum ex. gr.  
aurum

aurum aut non repræsentatur , si re-  
præsentatur jam conceptus verus au-  
ri est , datur enim conformitas inter  
conceptum & ejus objectum , si non  
repræsentatur ipsum aurum sed au-  
richalcum , jam non est falsus con-  
ceptus auri , sed verus conceptus au-  
richalci , aurichalcum enim est ve-  
rum objectum quia repræsentatur ;  
quare nō tam falsitas quam deceptio  
contingit in apprehensione simplici.

XIV. Veritatis assequendæ diffi-  
cultas , oritur ex improportione inter  
intellectum & rem objectam ; im-  
proportio autem illa aliquando ori-  
tur ex mentis nostræ seu facultatis  
cognoscentis imbecillitate , unde  
quamvis Deus in se sit maximè intel-  
ligibilis , nos tamen de Deo pauca  
cognoscere possumus ob tenuitatem  
nostræ intellectus ; sicut qui visu non  
valet propter imbecillitatem facul-  
tatis videntis non potest solem intu-  
eri : aliquando oritur ex imperfectio-  
ne re-

ne rerum, unde quamvis sufficiens  
virtus in nobis sit cognoscendi ma-  
teriam primam & naturam motus,  
difficulter tamen illa cognoscimus  
ob debilem suam quam habent enti-  
tatem.

## DISPUTATIO VII.

## De Bono.

Resp. PHILIPPO de GLARGES.

**T**ertiam entis affectionem quæ  
in concreto de ente prædicatur, Peripateticos secuti, bonitatem  
posuimus: bonum autem cum ente  
reciprocar i ex eo patet, quia omne  
ens est vel increatum vel creatum:  
increatum ens, Deus est, qui à se ipso  
independenter perfectissime bonus  
est, unde etiam solus bonus dicitur  
*Mat. 19.* Cajetanus Deum forma-

98 ARN. SENGUERDII  
liter & virtualiter bonum esse dicit  
& Deus simpliciter summum bonum  
vocatur, cum sit prima causa effecti-  
va omniū bonitatum aliarum æqui-  
voca; non enim univoce bonitas de  
Deo & creaturis dicitur, cum Deus  
sit excellentissime bonus. Creatum  
autem ens omne, cuius entitatem suā  
à Deo dependentem & productam  
labeat, bonum quoque est, unde di-  
citur Gen. i. *Et vidit Deus omne quod*  
*fecerat, & ecce erat valde bonum.* Nul-  
lum igitur ens est quod omni bonita-  
te destituatur. Imo ut Thomas in-  
quit i. part. quæst. 5. art. 3. Omne ens  
in quantum est ens (scil. actu exi-  
stens, ut Lavellus interpretatur) bo-  
num est (ad quod probandum adferri  
solet locus i. Eth. 6.) quia omne ens  
in quantum est ens, est in actu, &  
quodam modo perfectum, quia om-  
nis actus perfectio quædam est. Ma-  
teria prima quamvis in genere sub-  
stantiæ imperfectissima sit, unde po-  
tentia

tentia dicitur 2 *Phys.* t. 12. & s. *Met.*  
t. 3. quia tamen aliquam entitatem  
habet, per quam ens actuale consti-  
tuitur, debilem etiam quandam bo-  
nitatem sibi vendicat. Diabolus mo-  
taliter pessimus, cum ens sit, Meta-  
physice bonus est. Imo in actioni-  
bus vitiosis bonitas aliqua reperitur,  
non quidem si ipsum vitium, quod in  
*ανάξια vel αρρωστία* consistit, formaliter  
consideretur, malum enim ut  
malum non potest esse bonum; sed  
actiones materialiter sumantur ut  
actiones sunt, quo respectu malæ  
non sunt; ut si actionem furtivam  
respicias, motio membrorum, rei  
sumtio, per se mala non est, sed in  
quantum ens, bonum quid est, quam-  
vis illi malum conjungatur, quia sc.  
est sumtio rei alienæ animo inique  
illam retinendi, in quo *αρρωστία* con-  
sistit: fugiendus igitur est error Ma-  
nichæorum & Priscillianistarum,  
qui quasdam creaturas ex se malas

200 ARN. SENGUERDII  
esse docuerunt, ab aliquo principio  
extreme malo profectas.

11. Bonitas autem illa non est  
accidens aliquod vere ac proprie ad  
categoriam qualitatis pertinēs, Deo  
enim qui maxime bonus est, nullum  
accidens adscribi potest: præterea,  
quia bonitas in omni ente reperitur,  
unde transcendentalis dicitur. non  
potest ad prædicamentum qualitatis  
restringi, sed latius se extendit, hinc  
qualitas omnis aliqua quidem boni-  
tas est, non tamen bonitatem exau-  
rit. Nec dici potest quod nihil aliud  
sit quam essentialis cuiusque rei per-  
fectio, bonitas enim cum entis affe-  
ctio sit, debet aliquid enti addere,  
essentialis autem cuiusque rei perfe-  
ctio, nihil de ente dicit, vel enti sa-  
peraddit, sed ipsam solummodo enti-  
tatem notat; nihil enim magis essen-  
tiale est enti reali, quam aliquam  
perfectionem habere; unde discri-  
men inter ens & perfectum in nomi-  
nibus

COLLEG. METAPHYSICVM. 101

nibus magis quam in re situm est , & consequenter , non habent se illa duo ut subjectum & affectio , sed potius synonyma seu polyonyma sunt , ut ensis & gladius : altera causa à quibusdam additur , quod una eademque res dicatur huic bona & alteri mala , cum tamen eandem perfectiohem includat .

111. Arist. i. Eth. c. 1. Bonum definit *quod omnia appetunt* ; verum illa definitione non tam natura boni , quam ejus propria affectio declaratur , ut Chynæus loquitur , hoc est *quod alii dicunt* , non est definitio à priori sed à posteriori , nam appetibilitas non est formalis ratio bonitatis , sed bonitatem sequitur & ex bonitate oritur , ideo enim res est appetibilis quia bona est , non autem bona est , quia appetibilis , sicut aliquid est visibile quia coloratum est , bonitas igitur appetibilitate prior est . Quare appetibile & bonum forma-

102 ARN. SENGUERDII  
liter non sunt idem, quamvis sint  
idem fundamentaliter; Cajet. enim  
distinguit r. p. q. s. art. i. & post  
eum Suarez, Ægidius de Præsenta-  
tione &c. duos modos, quibus acci-  
pitur aliquid habere rationem appe-  
tibilis, scil. formaliter & fundamen-  
taliter. Si sumatur (sunt verba Ca-  
jetani) *ly appetibile formaliter, tum*  
*bonum dicitur habere rationem ejus non*  
*intrinsecam sed ut passionem, si vero su-*  
*matur fundamentaliter tum bonum di-*  
*citur habere rationem appetibilis in-*  
*trinsece, quoniam propria ratio boni est*  
*fundamentum & causa appetibilitatis,*  
*sicut color visibilitatis, vide etiam Ja-*  
*vellum ad eundem locum. Unde igi-*  
*tur patet, bonitatem non constitui*  
*per appetibilitatem, & tamen appe-*  
*tibile & bonum converti, ut id quod*  
*bonum est, sit etiam appetibile, &*  
*quod proprie & per se appetibile est*  
*sit etiam bonum. Quæ nullam ha-*  
*bent entitatem appetuntur quidem*  
*aliquan.*

aliquando, ut privatio vitæ propriæ vel alterius, interim tamen non esse per se non est appetibile sed per accidens, in quantum scil. ablatio aliquis mali est appetibilis, quod malum quidem aufertur per non esse, vi de Thomam i. part. quæst. 5. art. 2. ad 3. hoc est bonum quod Iavellus 4. Met. quæst. 4. vocat, rationem seu viam fugiendi non appetibile, quod dicit non converti cum ente reali, quoniam ut sic, non dicit aliquid esse.

Fundamentum vero illius appetibilitatis cum sit convenientia, statendum videtur formalem rationem bonitatis in convenientia cum aliquo consistere, quicquid enim bonum est, alicui bonum & conveniens est, difficultatem tamen habere videtur, qualem convenientiam bonitas dicat, nam veritatis rationem formalem etiam in convenientia constitui mus, diximus enim veritatem

dicere convenientiam rei cum sua definitione aut principiis essentialibus: talis certe convenientia hic intelligi nequit, tum enim bonitas & veritas, quæ tamen affectiones diversissimæ sunt, confunderentur; convenientia igitur quæ formalem rationem bonitatis constituit est causa, ratio & fundamentum appetibilitatis, de quo adhuc dubitari potest, an scilicet illud cum quo bonum dicitur habere convenientiam, debeat esse aliud quid seu alia res, quam ipsum bonum quod appetitur: multis placet optime rem explicari si dicatur, bonitatem de formaliter dicere convenientiam rei cum alio, unde dicunt, bonitatem dicere perfectionem rei, connotando convenientiam seu denominationem, consurgentem ex coëxistentia plurimum.

v. Verum non video, quo pacto hæc sententia tanquam vera statui possit, bonitas enim cum entis affe-

ctio

ctio sit, debet omni enti necessario per se competere, at vero si bonitas enti convenit ex plurium coexisten-  
tia, convenit ei per accidens, non vero est de ratione entis: præterea sequeretur, si bonitas oriatur ex co-  
existentia plurium, Deum Opt. Max.  
qui essentialiter & independenter bonus est, ante creatum mundum nō fuisse bonum, nihil enim ipsi coëxi-  
stebat, nihil erat cum quo actu exi-  
stente convenientiam habebat, & ita bonitas ne quidem in omni enti sem-  
per locum haberet, consequenter non esset entis affectio, affectio enim cum competit subjecto qua tali, cō-  
venit etiam semper omni subjecto.  
1. Post. c. 4. simile argumentum fuit  
de uno disp. 4. th. 3.

Neque illi satis facere videntur qui sic rationem formalem bonitatis interpretantur, ut dicat convenientiam cum alio vel actu vel potentia existente, ut Deus dicatur ab æter-

106 ARN. SENGUERDII  
no bonus fuisse, quia potuit cōvenire  
cum creaturis possilibus: nam illa  
cōvenientia ratione bonitatis poste-  
rior est, imo Deus cōcipi potest sum-  
me bonus, quamvis non concipia-  
tur possibilitas creaturarum. Qua-  
re sicut Deus in se & ex natu-  
ra sapiens & infinitus est, & sic in-  
telligatur, quamvis non intelligan-  
tur creature possibles, ita quoque  
ex naturâ suâ maxima bonitas ipse  
cōpetit, quin ex eo quod in se est infi-  
nite bonus, creaturis bonus est & eis  
convenit. Res etiam creatæ in se  
simpliciter ratione suæ entitatis bo-  
næ dicuntur, non verò tantum quia  
cum aliis convenient. Vide quæ Vas-  
quez habet contra sententiam Da-  
randi. Quæst. Met. disp. 3.

VI I. Quare potius statuendum  
videtur, bonitatem esse convenien-  
tiam rei cum appetitu, ita dicimus  
Deum esse & ab æterno fuisse maxi-  
me bonum, quia maxime cum appe-  
titu

titu suo convenit: tale enim est ens in quo maximè complacet sibi divina voluntas, quare appetitum illum complacentiae seu fruentis vocate solent, qui non terminatur ad absens, quod facit appetitus desiderii, quo pacto aliquis appetit eruditio[n]em, honores, divitias quas non habet, sed fertur ad bonum præsens: ita hominem bonum dico, quia cum aliquo appetitu convenientiam a, cum appetitu dum dico, nolo, quod de formal ratione bonitatis sit, quod actu semper appetatur, sed quod bonum in se tale sit, ut appetibilitatem causet, & ejus fundamentum sit, inde est quod supra dixi, bonum & appetibile, fundamentaliter idem esse.

VIII. Cum bonum dico addere enti convenientiam cum appetitu, non tantum intelligo appetitum elicitum (quo res præeunte notitia in in bonum suum fertur, qui duplex

108 ARN. SENGVERDI  
est, sensitivus seu sensualis, cum res  
prævia notitia sensus in bonum fer-  
tur, qualis in brutis reperitur, & ra-  
tionalis qui voluntas dicitur, cum a-  
liquid prævia notitia intellectus ap-  
petit bonum sibi conveniens ) sed  
etiam innatum seu naturalem quæm  
etiam phoricum vocant qui nihil ali-  
ud est, quam propensio rebus à natu-  
ra indita. Quia unumquodque sine  
præcedanea aliquâ cognitione in-  
clinatur in id quod sibi conveniens  
est, quo pacto lapis dicitur appetere  
locum inferiorem, ignis superio-  
rem.

ix. Bonum variis modis dividi  
solet: aliud enim dicitur in se bo-  
num, aliud alteri alicui bonum: præ-  
terea dividitur in bonum verum &  
apparens, *verum bonum* vocant,  
quod tale est, quale existimatur &  
cognoscitur, *apparens* quod existi-  
matur quidem bonum, re verâ ta-  
men bonum non est. Bonum appa-  
reps

rens æque potest movere appetitum  
ac bonum verum, appetitus enim se-  
quitur facultatem cognoscentem, id  
est, ejus æstimationem vel judicium,  
unde aliquid appetimus vel non ap-  
petimus prout de eo judicamus: in-  
terim tamen bonū apparenſ ad bonū  
transcendentale non pertinet, boni-  
tas enim transcendentalis veritatem  
præſupponit, quomodo ſcientia ut  
bona fit debet eſſe vera, veritas au-  
tem dicit carentiam nudæ apparen-  
tiæ; hinc quamvis bonum apparenſ  
appetatur ſub ratione boni, in ſe ta-  
men appetibile non eſt.

x. Vulgo etiam dividitur in bo-  
num honestum, jucundum & utile.  
Thomas advertit hanc propriè vide-  
ri divisionem boni humani, ſi tamen  
ratio boni communius conſideretur,  
proprie competere bono ſecundum  
quod bonum eſt. Secundo quoque  
obſervat, non tam eſſe divisionem  
per oppositas res, quam per opposi-  
tas.

110 ARN. SENGUERDII  
tas rationes , hoc est tria hæc mem-  
bra aliquo modo, saltem, ratione es-  
se distincta, cum tamen non necesse  
sit re seu subjecto distingui , ita ut  
unum & idem possit esse honestum,  
jucundum & utile. Cum hæc di-  
fisio bono transcendentali accom-  
modatur , tum bonum honestum  
latè sumitur & distingui debet ,  
ut dupliciter dicatur , in ordine  
ad virtutem, quod recta ratio dictat  
esse faciendum vel amandum , vel  
in ordine ad naturam quod per se  
naturæ conveniens est ; & ita sani-  
tas, corporis integritas, scientia &c.  
ad bonum honestum referuntur.

---

DISPU:

COLLEG. METAPHYSICVM. III

DISPUTATIO VIII.

DE MALO.

Resp. IACOBO MIGRUDIO.

QUONIAM superiore disputatione de Bono actum fuit, cui malum opponitur *Cat. c. 11.* sequitur ut de Malo quædam dicamus. Sumitur autem malum aliquando materialiter seu concretè pro re malâ, aliquando formaliter seu abstractè pro ipsâ malitiâ, posteriore significatione hic malum considerabimus.

11. Dari Malum in rerum natura, immundum in mundo, ex communi omnium sensu & sermone constat, imo tæpius de malo conquerimur quam de bono triumphamus: non tamen proprie existit, quod enim existit essentiam habere necesse est.

est, cum existentia sit, actualitas entitatis quod autem essentiam habet bonū est, cum ens sit, quare si malum proprio existeret, malum esset bonum, hoc est quod Cajetanus dicit:

*Malum non est in rebus ut ens sed ut rei remotio formalis, & dicuntur mala in rebus esse, non positive sed remota, id est, non ponendo sed removendo aliquid formaliter à rebus, & invenitur in re ut exercens negationis nō positionis alium.* Hinc patet non agi hic de malo ut de entis affectione, sed ut de eo quod entis affectioni opponitur. sc. ut Physica de vacuo agit, quod loco corporis naturalis affectioni, opponitur. Malum non posse entis affectionem statui, ex eo patet; quia superiore disputatione ostensum est, omne ens esse bonum, quare nullum ens ut sic malum est, quod Thomas dicit. 1. part. quæst. 5. art. 3. ad secundum, nullum ens dicuntur malum in quantum est ens sed in quantum caret aliquo.

*aliquo esse.* Quare de formali non dicit aliquid pertinens ad rationem entis , sed potius defectum & imbecillitatem in ente, vel enti adjunctam significat : at si esset entis affectio , omne ens deberet esse malum : unde etiam Deus Opt. Max. deberet esse malus , quod cogitare blasphemum : Deus enim in se defectum nullum habet unde malus dici posset , nec alteri alicui enti vere & absolute est disconveniens , sed maxime conveniens , imo ens simpliciter necessarium ad cujuslibet alterius entis bonum & perfectiōnem : præterea beati Angeli nulli unquam malo subjecti fuerunt aut etiam subjicientur , quibus malitia tribueretur , si ea entis affectio foret.

III. Quid verò Malum seu ipsa malitia sit , difficulter cognosci aut explicari potest , cum mali natura aut essentia nulla sit , nomine enim

enim mali ut Thomas inquit, *q. p. 1. part. quæst. 48. art. 1.* significatur quadam  
*absentia boni.* Eilhardus Lubinus c.  
17. de causa & natura mali, *Si quis  
quarat,* inquit, *quid malum sit recte  
respondebo. Nihil malum est.* Ab hoc  
loquendi modo, à Lubino usurpato,  
paullum declinandum videtur, & ma-  
gis amplectenda sententia, quæ for-  
malem rationem mali constituit,  
non in plane nihil, sed in privatione  
perfectionis debitæ inesse: ut igitur  
malum seu malitia de formali non  
quidem dicat positivum aliquid ens;  
tum enim malum ut tale bonum es-  
set, imo cum omne ens extra Deum  
sit à Deo, omne malum à Deo esset,  
sed neque dicat puram negationem  
seu carētiām cuiuslibet bonitatis seu  
perfectionis etiam non debitæ; non  
enim potest homo malus dici, quia  
caret perfectione Angelicâ: imo si  
ideo res deberet dici mala, quia ali-  
quā bonitate destituitur, tum neces-  
fatio

fario omnis creatura mala esset, cum nulla creatura habeat aut habere possit perfectionem creatoris; verum ut notet, privationem bonitatis seu perfectionis illius quæ rei inesse debebat.

iv. Sicut bonum dividitur in bonum in se & bonum alteri: ita etiam aliud est malum in se, aliud alteri malum, & sicut bonum alteri nihil aliud dicit, quam perfectionem unius rei connotando in alia conditionem aliquam, ratione cuius sibi debetur aut congruit talis perfectio; ita malum huic bono oppositum formaliter ac præcise nihil aliud dicit, quam perfectionem unius rei, connotando in alia aliquid, ratione cuius repugnatiā vel disconvenientiam habet cum tali forma; quarequod ideo denominatur malum, quia alteri est disconveniens, cum in se ens positivum & consequenter bonum sit, non est malum simpliciter, sed tantum secundum

116 A R N. S E N G U E R D I I  
cundum quid & quasi per accidens,  
nam non ponitur privatio boni quod  
sit de debito perfectionis illius rei  
quæ mala dicitur, sed notatur priva-  
tio boni quod est de debito perfecti-  
onis alterius illius scilicet cui mala  
dicitur. Sic in moralibus actus in-  
temperantiæ homini malus dicitur,  
quia caret rectitudine temperantiæ,  
non vero ob positivum actum: in  
naturalibus sextus digitus homini  
malus est, qui in se positivum aliquod  
ens & bonum est: eodem modo ca-  
lor dicitur malus aquæ; haec igitur  
non dicuntur mala ex vi positivæ suæ  
perfectionis seu quatenus entia sunt,  
sed quia aliquid intervenit, quod non  
est nisi privatio aliqua, quæ isti posi-  
tivæ perfectioni respectu alterius  
adjungitur, scilicet sex digitos ha-  
bere, malum dicitur homini, quia ho-  
mini disconveniens est, & eum pri-  
vat perfectione debita, calor malus  
aquæ dicitur, quia infert carentiam  
seu

COLLEG. METAPHYSICVM. 117  
seu privationem frigoris, quod aquæ  
bonum & conveniens est.

v. Hinc dicitur, id quod est alteri  
malum in positivo posse consistere,  
& tum malum bono non privativè  
sed contrariè opponi. Imo malum  
malo, vitium vitio, prodigalitas ex-  
gr. avaritiæ contrariati dicitur, non  
quidem quatenus illa duo vitia sunt,  
conveniunt enim in eo quod careant  
debitâ rectitudine, sed quatenus cō-  
trariæ inclinationes & habitus sunt,  
& quatenus contrariæ actiones ab  
illis dependent. Verùm non consi-  
deratur tum ipsum malum formaliter  
ut malum, sed id quod bonum est,  
forma scilicet positiva, ipfa verò ma-  
litia in privatione consistit, quod  
tam in malo alteri, quam in malo in  
se locum habet. Quod est malum in  
se includit carentiam perfectionis si-  
bi debitę, quod verò est malum al-  
teri includit carentiam perfectionis  
debitæ illi cui est malum, & ideo bo-

num

118 ARN. SENGUERDII  
num & malum secundum suas for-  
males rationes opponuntur privati-  
ve.

VI. Malum non habet causam ma-  
teriale ex qua constat, quicquid e-  
nim ex materia propriè componitur  
corpus est, requirit tamen necessa-  
riò materiam in qua sit seu subje-  
ctum , privatio enim omnis subje-  
ctum præsupponit , malum autem in  
privatione posuimus, nontamen sub-  
jecto suo inhæret, ut accidens quod  
ens est , sed inest ipsi per modum , ut  
loquuntur , privationis. Subiectum  
illud non est nisi bonum, perfectio e-  
nim sublata rei bonæ debebatur , o-  
mne igitur malum in bono est : non  
tamen omne bonum potest esse sub-  
jectum mali , sed tantum bonum seu  
ens finitum: illud porro bonum quod  
mali subjectum est non destruitur à  
malo , non enim quodlibet malum  
destruit quodlibet bonum, sed ma-  
lam destruit tantum bonum cui for-  
mali-

maliter opponitur, sicut tenebre destruunt bonitatem luminis, non tamen perfectionem aëris, interim subjectum privat bonitate ipsi debita; habilitas subjecti ad actum, diminuitur per malum non tamen totaliter tollitur.

VII. Quia vero malum omne bonum ut subjectum requirit, hinc fit, quod non possit dari summum malum, id est malum per essentiam quod omnem boni rationem excludat ut detur sine ullo bono, quamvis detur summum bonum in quo nulla ratio mali reperitur, quale bonum est Deus Opt. Max.; quæ nullo modo sunt, mala dici non possunt, quæ proprie existunt, bona sunt.

VIII. Relictis aliis mali divisionibus, illam impræsentiarum modo considerabimus, qua malum respectu creaturæ rationalis dividitur in malum culpæ & malum pœnæ. *Malum culpa* seu peccatum consistit in

*arrogâ*

120 ARN. SENGUERDI  
malum seu privatione conformitatis  
actionis aut habitus cum lege. Ma-  
lum pœna est privatio boni debiti ob  
culpam contracta seu inficta. Ma-  
lum culpæ est causa mali pœnæ, non  
quidem physica, quæ simulatque ope-  
rari potest, necessario producat pro-  
prie pœnam, sed moralis vel potius  
~~merita~~, sicut meritum est cat-  
sa præmii: si hæc duo mala in gravi-  
tate considerentur, longe majus ma-  
lum est malum culpæ quam malum  
pœnæ, à culpa enim aliquis propriè  
malus denominatur, non verò à pœ-  
na; quomodo non dicimus hominem  
esse malum, quia malum pœnæ pati-  
tur, seu punitur: hinc melius est  
quodlibet malum pœnæ sustinere,  
quam minimum malum culpæ ad-  
mittere.

ix. Malum culpæ non potest di-  
rectè exercere causalitatem caufæ  
finalis, nisi respectu depravatæ vo-  
luntatis, non potest qua tale esse finis,  
cum

cum non sit bonum, nec commissio peccati intendi ut medium ad aliquod bonum, cum non sint facienda mala ut eveniant bona, inordinata autem voluntas Angelorum malorum & hominum ipsum malum intendere potest & nimis sepe secundum intentionem patrat. Impium igitur est vel minimi mali culpae Deum autorem ponere, malum enim culpae contrariatur impletioni divinae voluntatis: permisso tamen illius mali, cum ex se mala non sit, ordinatè & rectè à Deo intendi potest & intenditur; imo si Deus non permetteret malum, non fieret, permittit vero malum propter bonum, ad quod malum contra propriam mali naturam ordinat, unde dicitur, Deus Optimus cum sit, non permetteret malum, nisi ex malo bonum facere nosset.

x. Malum poenæ, non tantum quoad permissionem, sed etiam quo-

F ad ef-

122 A R N. S E N G U E R D I I  
ad effectionem, potest rectè intendi propter honestum finem, justam  
culpæ vindictam, ad ordinem enim  
universi (sunt verba Thomæ 1. p. 9.  
49. art. 2.) pertinet ordo justitia qua  
requiritur ut peccatoribus pœna infera-  
tur, & ita rectè Deus autor mali pœ-  
næ statuitur; ex Amos 3. Deus e-  
nim justus judex mundum iudicat.  
Huc referunt non nulli malum quod  
*iareikov* seu medicinale vocant, quod  
infertur ad impediendum majus ma-  
lum, ut si membrum aliquod abscin-  
datur cum gangræna illud corripuit,  
ne aliæ partes etiam inficiantur.

---

## DISPUTATIO IX.

De Causis in Genere & de Materia  
in Specie.

Resp. L V C A V I N C K I O.

1. **V**idimus hactenus affectiones  
entis simplices, quæ singulæ  
seorūm

seorsim de ente prædicantur: sequuntur combinatæ quæ disjunctione ens exhauiunt, ut sunt, causa & causatum, actus & potentia &c. dico enim, omne ens est causa vel causatum &c. Unde etiam disjunctæ affectiones vocari possunt. Hinc patet quare Metaphysici sit de causis agere, quia scilicet causa vel causatum subjectum Met. quod ens posuimus dividunt, ratio enim causæ non tantum ad materialia sed immaterialia entia pertinet. Physicus quidem de causis agit, sed tantum in ordine ad motum, seu quatenus causalitas cum aliquo motu & physica mutatione exercetur, causa autem latius patet; ratio enim causæ secundum se abstracta est à materia & motu. Logicus etiam causas tractat sed tantum quatenus causarum cognitio logicis instrumentis inservit: sola Metaphysica de ijs agit quatenus ens per cau-

ii. Varii notant Arist. nusquam ubi de causis agit, generalem causæ definitionem tradidisse, fortasse ut Pererio videtur, quia cum causa non sit univocum genus respectu omnium causarum, difficile fuit talem definitionem dare, quæ cuilibet causæ generi competenteret: hinc sit quod variæ causæ definitiones proponantur ut aliquando definiatur *quod dat esse rei*; aliquando *cujus vi res est*. Non contemnenda videtur illa descriptio qua dicitur, *Principium cuius vi res est*, vel *Principium per se influens esse in aliud*. *Principium* loco generis ponitur; quia est quid communius quam causa, omnis enim causa principium est, non vice versa, omne principium causa: privatio enim est principium corporis naturalis non causa, ita in Deouna persona dicitur principium alterius, non causa: ideo additur *per se influens esse in aliud* cum

cum principium etiam dicatur de eo quod propriè non influit esse in aliud, & habet locum ubi est ordo tantum originis cum aliqua connexione seu consecutione. Influxus debet esse talis ut dependentiam aliquam inferat causato; inde dicitur, quod influit esse in aliud, nam ipsum esse, debet esse causatum, & consequenter essentialiter distinctum ab esse ipsius causæ, ut causatum habeat essentiam sicutem numero diversam, ab essentia causæ à qua pendet: hinc etiam potius dicitur *in aliud* quam *in aliquem*, vel alium, quia *aliud* absolute & propriè dicitur tantum de eo quod in essentia diversum est. Unde jam patet quare Persona una in S. S. Trinitate non dicitur causa alterius, quia scilicet personæ divinæ habent unicam & eandem essentiam, non verò aliud esse. Hoc autem nomen *causa* videtur importare diversitatem substantiæ & dependentiam alicujus in altero, quam

126. ARN. SENGUERDI  
non importat nomen principii. Thomas  
t. p. graft. 33. art. 1. ad. 1. Coinci-  
dit hæc descriptio cum ea quæ causa  
definitur, *Principium id quo pender*  
*causam.*

III. Numerum causarum cum  
Art. 2. Phys. c. 3. r. 28 & c. 7.  
68. 5. Met. c. 3. quaternarium po-  
nimus. Causam scilicet aliam mate-  
rialem, aliam formalem, aliam effi-  
cientem, aliam finalem. Harum una  
quæque veram & propriam ratio-  
nem causæ habet & planè diversam  
à ratione aliarum causarum. Materia  
enim causat quatenus est potentia  
passiva, forma ut actus informans:  
efficiens, per potentiam agendi: fi-  
nis bonitate sua appetitum agentis  
movet & allicit: interim potest una  
eademque res habere plures causali-  
tates diversarum rationum respectu  
diversorum causatorum: quomodo  
anima rationalis est forma hominis,  
causa efficiens suarum operationum,

finis ge-

finis generationis, & quamvis ex materia non constet solet tamen causa materialis dici suarum proprietatum, quatenus est subiectum intellectus & voluntatis.

iv. Sufficientia hujus quaternarii numeri potest ex Arist. 2. *Phys.* c. 7. l. 68. probari: tot enim sunt causæ, quot modis responderi potest ad quæstionē propter quid ( hic propter quid non debet tam strictè intelligi, prout aliquando soli fini accommodari solet ) at quærenti propter quid res sit, quatuor modis responderi potest, ut late hoc Simplicius ostendit ad citatum locum: ita dicimus hominem esse mortalem propter materiam, vivere propter animam &c. Et certè quia omnis res naturalis ex materia & forma constat, & omne quod sit ab aliqua causa propter aliquod bonum sit, manifestum est, quod quæcunque habent esse tale illud vel ob materiam, vel ob for-

mam, vel ob efficientem, vel ob si-  
nem habere.

v. Quathor hæ causæ bimēbri etiā  
divisione proponūtur, cū causæ divi-  
dūtur in internas & externas. Causæ  
*interna* dicuntur, quæ ad rei consti-  
tutionem ut partes concurrunt, qua-  
re etiam imperfectionem arguunt,  
cum pars quælibet minorem per-  
fectionem habeat quam totum: hæ  
proprie dictæ in solis corporibus lo-  
cum, suntque *Materia* & *Forma*.  
*Externa* sunt quæ essentiam rei non  
ingrediuntur ut partes suntque *Effici-  
ens* & *Finis*.

vi. Numerum causarum non au-  
get *exemplar* aut *causa sine qua non*.  
Exemplar enim satis commodè ad  
causam efficientem revocatur. Arist.  
quidem solet exemplar cum forma  
nominare, non tamen putandum est,  
illud esse formam propriè dictam,  
forma e. rei non est antequam res sit,  
at exemplar est ante rem: tum for-  
ma sub-

ma substantialis intrinsecè constituit rem ad compositionem concurrendo, exemplar vero nec hoc neque simile quicquam facit; potest quidem forma rei exemplar dici, verum non propter causalitatem formalem quam circa illam exercet, sed quia illam in se aliquo modo continet, per modum imaginis, seu in esse repræsentativo; imagines autem solent formæ appellari *Suarez disp. 25. sect.*

2. Causa sine qua non, nomine tantum tenus causa est, non enim per se influit in esse rei, sed est tantum conditio aliqua ad agendum requisita, ut remotio purulenta materie in vulnera ut sanetur, approximatio ligni ad ignem ut calefiat: haec autem non possunt propriè causæ vocari.

VII. Et hęc de causis in genere: sequuntur singulę causę considerandę. Primo agemus de causis internis, postea de externis. Causas internas

F s. duas

130 ARN. SENGVERDI  
duas posuimus thes. 5. materiam &  
formam. Materia dividitur in mate-  
riam in qua , ex quā & circa quam,  
quam distinctionem præmitto , quia  
non tam divisio quā n explicatio vo-  
cis ambigua est. Materia in qua est  
subjectum , cui aliquid inhæret. Ita  
doceet Phil. 8. Met. c. 4. quod acci-  
dentiā , quamvis propriè dicta mate-  
ria careant , pro subjecto ipsam rei  
substantiam habeant , quæ aliqua ra-  
tione eorum materia dici potest.  
Materia circa quam est objectū circa  
quod aliquid versatur : ita materia  
physicæ dicitur corpus naturale , quia  
circa illud physica versatur , materia  
circa quam versatur faber est lig-  
num. Materia ex quā est materia  
propriè dicta.

VIII. Definitur illa ab Arist.  
2. Phys. c. 3. t. 28. & 4. Met. c. 2.  
τὸ εἶ καὶ γίνεται τὸ οὐκ ἀφχοντος . ex quo  
in suo vel inexistente a iqua sit , cum di-  
citur ex quo distinguit naturam à formâ:  
dicuntur

dicuntur quidem corpora ex materia & forma constare, interim si propriè loqui velimus particula *ex* materiae non formæ convenit. Cum dicit *in situ* distinguit materiam à privatione, quæ non inest ei quod fit, sed adveniente forma perit: per idem vocabulum distinguit et iam materiam a causis externis, quæ non sunt partes ejus quod constituitur, quamvis enim, ut fit in naturalibus, finis in ipsa re insit, tamen non inest qua finis sed qua forma, quia idem tum est finis quod forma.

*I*x. *Materia* à Philosophis dividitur in primam & secundam. *Materia prima*, simpliciter est materia & nullo modo compositum, est enim materia informis; non quidem quod materia aliqua detur quæ omni omnino forma destituta sit, sed quia materia prima nullam ex se formam habet. *Materia secunda*, est materia forma induita: unde materia secunda, verè

132 ARN. SENGUERDII  
da, verè compositum est, ita corpus  
humanum verè compositum est, in-  
terim materia hominis : materię se-  
cundæ tres gradus ponuntur. Ele-  
menta enim sunt materia secunda  
corporum mixtorum. 2. Partes simi-  
lates , quæ ex elementis constant,  
sunt materia partium organicarum.  
3. Partes organicæ sunt materia  
cörperis viventis. Dari materiam  
primam partim ex eo ostendi potest,  
quia materia aliqua datur , illa igitur  
vel est illa quam nos primam voca-  
mus, vel aliam primam præsupponit,  
si aliam præsupponit , quæro an illa  
ad huc ex alia constet vel non & sic  
progrediar in infinitum , aut sisten-  
dum erit in aliqua quæ prima sit, seu  
quæ ex alia non componatur. Præ-  
terea ex generationibus & incorrupti-  
onibus manifestum illud est: duæ e-  
nim sunt corporis partes essentiales,  
materia & forma , at in mutatione  
substantiali forma, quæ ante à fuerat  
tollitur,

tollitur, saltem desinit corpus ultimatum in tali specie cōstituere: si enim hoc non fieret: non esset permutatio specifica, prout cum ex aëre aqua sit, forma aëris perit, alias enim aëris maneret, si forma sublata non remaneret materia quæ esset communis subiectum utriusque formæ, non foret illa mutatio aut generatio, sed annihilation aeris & nova aquæ creatione, mutatio enim omnis subiectum idem requirit: nam generatio per id à creatione distinguitur, quod in generatione subiectum maneat, in creatione vero nihil presupponatur: quomodo etiam distinguitur annihilation à physica corruptione, quod post corruptionem, rei corruptæ subiectum relinquatur, in annihilatione vero ne quidem subiectum maneat.

x. Materia prima à Phil. definitur 1. Phys. c. 10. τὸ ἀρώτον ὑπάκει μέρος ἐνάσφ, εἰς τὸ γίνεται πενταγχόνιος,

χοντος, μη κατα συμβεβηκός. Είπε φθι-  
ρεται, εἰς το ἀριξεται ἔχατον. Primum  
cuiusq; rei subjectū, ex quo insito sit ali-  
quid, non secundum accidens; sive quid  
intereat in hoc ultimum abibit. Materiā  
prīmā dicit esse subjectū, ut per id  
illam à forma distinguat, vocat sub-  
jectū prīmū propter materiām se-  
cundām quę subjectū certè est,  
non tamen prīmū, cum materiā  
secunda, utpote compositū, ex  
prīma materiā constet. Dicit non  
secundum accidens, quia facto & ge-  
nito insunt etiam eadem accidentia,  
quę insunt subjecto, ut statuę inest  
color ille qui erat accidens æri, ve-  
rū non inest statuę per se, sed per  
accidens, ideo color non est mate-  
riā statuę, neque confert ad essenti-  
am statuę ut ipsa sit, in hoc ultimo a-  
babit significat eandem esse materiā  
compositionis & resolutionis; materiā  
vero ipsam non esse corruptibilem,  
quicquid enim intet in mate-  
riā

riam primam resolvitur. Cum dicit *ultimo* resolvitur, ostendit, quod non quidquid intereat immediatè in materiam primam resolvi debeat, sed docet omnem compositionem corporum tandem terminari in materiam primam, & quod tum amplius resolutio aliqua ne quidem cogitari possit ; ratio manifesta est, quidquid enim resolvitur, debet resolvi in ea ex quibus constat, neque potest quicquam resolvi in ea ex quibus non est compositum, cum ergo materia prima simplex sit & non constet ex partibus essentialibus, non potest etiam in illas resolvi.

ix. Quia materia prima expers est omnis omnino formæ, hinc fere ad non eris accedit, ideo dicit Aristoteles 1. *Phyf.* t. 69. *Eam non esse ens ut hoc aliquid, eam per se neque quid, neque quantum esse, neque aliquid eorum quibus ens determinatur.* 7. *Met.* t. 7. Hinc dicitur pura potentia, non quidem

dem quod plane nihil sit, est enim certe aliquid, & habet propriam suam entitatem, essentiam & existentiam distinctam ab entitate formæ; non potest enim statui materiam suam entitatem à forma habere, quia forma non constituit intrinsecè aliquam naturam in suo esse essentiæ, nisi componendo illam essentiam per modum actus & sese intrinsece uniendo cum potentia, forma vero non concurrit cum aliquo alio ad componendam essentiam materiæ, si enim hoc foret, materia non esset ens simplex. Materiam primam statuimus ingenerabilem & incorruptibilem, cum per motum aut mutationem physicam produci aut destrui nequeat, interim creabilis est & revera à Deo creata, quaeam etiam destruere potest.

DISPUTATIO X.

DE FORMA.

Resp. IOANN E de M E Y.

NOMEN *forma* à Græco  
μορφὴ per transpositionem  
litterarum originem suam ducere,  
notat Scal. Exer. 312. Pererius illud  
à formando derivat, quia forma in-  
formitatem materiæ format, ejus-  
que ruditatem politam reddit, dici-  
tur alias ἐπελέχεια 2. de An. c. 1. Latini-  
nis *actus*, ad verbum magis Hermo-  
laus Barbarus ἐπελέχεια vertit per-  
fecti *habiam*, derivatur enim ab ἐπελέξ  
quod est perfectum, aut τέλος finis,  
& ἔχειν habere, quoniam est finis &  
perfectio quæ habetur & possidetur,  
ex qua res dicitur re vera & actu,  
non amplius potestate esse: est enim  
ut Themisthius loquitur forma per-  
fectio & ceu expletio, absolutioque  
præpa-

138 AEN. SENGUERDII  
præparationis illius, id est quæ quasi  
afferat & manum extremam impo-  
nat ei rei, quæ potentia sola consta-  
ret ; cum enim res formam habeat  
perfecta est generatio. Cicero non  
bene ἐπελέχεται explicat continua-  
tam quandam motionem & peren-  
nem : ut multis hoc ostendit Monlo-  
rius. Forma dicitur etiam οὐδος spe-  
cies 2. Phys. c. 3. Quia rem aspecta-  
bilem & cognoscibilem reddit, λόγος  
ratio, unde formalem rationem dici-  
mus, per quod aliquid tale vel tale  
est. Terminus, quia materiam indefi-  
nitam & indeterminatam terminat  
& contrahit ad certum aliquod ge-  
nus.

II. Definitur autem forma ab A-  
rist. τὸ πᾶν τίνα quæ explicat quid res  
fit, 2. Post. c. 11. δι λόγος ἡ Σήκων εἶναι  
ratio ejus quod quid erat esse. 2. Phys. c.  
3. t. 28. 5. Met. c. 2. λόγος τῆς φύσεως  
ratio essentiae, 1. de Gen. ani. c. 1. quibus  
omnibus vult formam dare rei esse,  
expli-

explicare essentiam & definitionem ejus, interrogantes enim quid res sit, ejus essentiam quærimus ; non quod forma sit tota rei essentia, sed quod propter formam res talis vel talis dicitur.

I T I I. Formæ varijs modis dividuntur, forma enim alia est *naturalis*, quæ est à natura, alia *artificialis* quæ per artem introducitur, ita figura est forma artificialis statuæ. Naturæ forma, alia est *substantialis*, quæ substantialiam constituit, alia *accidens*.  
14/15. accidens scilicet subiecto instar formæ inhærens, constituitque adiunctum substantiæ unum per accidens. Divisio formæ in informantem & adstantem, admittenda non videtur : forma enim debet rei dare esse, hoc autem forma adstantis non facit, ut pote quæ tantum per extrinsecam adstantiam corpus moveat, quomodo dicunt Peripatetici intelligentias esse formas adstantes orbium cæ.

140 ARN. SENGUERDI  
um cælestium cum iis motum tribu-  
ant, ita nauta est forma adiutans na-  
vis.

IV. Forma substantialis definitur  
*Causa interna per quam res est id quod*  
*est.* Cum causa interna dicitur ab effi-  
ciente & fine distinguitur, cum per  
formam dicitur res esse id quod est, di-  
stinguitur a materia, per materiam  
quidem res est, sed non est id quod  
est, non e. constituitur per materiam  
in certa specie, ita ad essentiam ho-  
minis constituendam concurrit ho-  
minis materia, sed quod homo poti-  
us quam aliquid aliud sit, id soli for-  
mæ, non autem materiae debetur,  
materia enim componit quidem cor-  
pora naturalia, forma vero præter-  
quam quod componat, etiam distin-  
guit illa à se invicem. Satis bene  
quoque definitur, *Actus substantialis*  
*unum per se cum materia constitutus.*  
Cum dicitur unum per se cum mate-  
ria constituere, distinguitur à formis  
acci-

accidentalibus, quæ unum per acci-  
dens constituunt si materię adjun-  
gantur, materia enim & accidentia  
sunt res diversorum prædicamento-  
rum.

v. Corporum formæ substantiales  
nos pleræque latent; non ideo tamen  
cum veteribus negandum est, in cor-  
poribus formas substantiales dari.  
Anima enim rationalis vera hominis  
forma substantialis infirmans est. 2.  
Si non darentur formæ substantia-  
les, neganda foret generatio & cor-  
ruptio substantialis in corporibus,  
per hoc enim generatio ab alteratio-  
ne distinguitur. 1. de Gen. & Cor.  
quod in generatione subjectum mu-  
tet speciem, in alteratione non: Un-  
de si in generatione tantum qualita-  
tes mutarentur, mutatio illa non ge-  
neratio sed vera alteratio foret. 3. Si  
non daretur forma substantialis, non  
daretur specifica in rebus distinctio,  
sed omnia forent unius essentiæ, &  
acci-

142 ARN. SENGUERDII  
accidentaliter tantum ab aliis differ-  
rent. 4. Operationes & effectus cor-  
poris naturalis id satis arguunt, ut vis  
trahendi ferrum in magnete, que vis  
ab essentia magnetis manat, non au-  
tem à materia, illa enim non agendi,  
sed tantum patiendi principium est;  
præterea cum eadem specie materia  
aliis etiam corporibus insit, neocessa-  
rio alia quoque corpora ferrum at-  
traherent, si materia illius virtutis  
causa esset. Ita cernimus aquam cale-  
factam remoto tantum calefaciente  
ab intrinseco se ad pristinum frigus  
reducere, hoc autem fieri non posset,  
si forma substantiali careret. 5. Cum  
materia sit pura potentia non sufficit  
sola ad complendam rei essentiam,  
sed ipsi actus adjungi debet, non po-  
test actus ille esse accidentalis, tum  
enim nulla substantia composita es-  
set per se una, ex actu enim & poten-  
tiadiversorum generum, constituitur  
unum per accidens; præterea cum  
ma-

COLLEG. METAPHYSICVM. 143  
materia sit substantia, potentia ejus  
non expletur per actum accidenta-  
lem.

VI. Imo in corporibus mixtis, ut  
in viventibus, plures formas substan-  
tiales admittere possumus, ita tamen  
ut ( cum unaquaque res unicum  
quid per quod in certa aliqua specie  
constituatur, quod unū esse vocant,  
habeat ) una tantum sit ultimate spe-  
cifica & principalis, reliquæ quam-  
vis substantiales sint, sint tamen infe-  
tiores & disponentes, nam forma  
non semper ita completa & actuata  
potentiam materiae, ut non ma-  
teriam relinquat in potentia ad for-  
mam perfectiorem. Quare cum ma-  
teria formam ulteriorem suscipit,  
non constituitur unum per accidens,  
quia scilicet materia erat incompleta &  
in potentia ad aliam illam formam  
Ita in homine unica quidem tantum  
forma est, anima scilicet rationalis,  
per quam homo constituitur, inte-  
rim

rim tamen formæ substantiales singularum partium in ipso admittende sunt.

VII. Origo seu ortus formarum valde cruciavit veteres & recentiores Philosophos: difficultas in eo consistit, quod dubitari posset, cum forma substantialis sit res distincta à materia, an ante generationē illa fuerit aliquid an nihil, si dicatur fuisse aliquid, ergo ante generationem fuit forma substantialis, & ita substantialis generatio tollitur, cum illa sit mutatione à privatione formæ substantialis ad formam substantialem in materia. Philosop. dicit esse mutationem, *της ὀργής τοι μόνον ἐκ μηδενὸς in ens quamvis sit ex non ente 5. Phys. c. 1. 1.* præterea si formæ substantiales ante generationem essent in materia, tum plures formæ ita repugnantes ut una alteram evertat, ex. gr. forma canis, piscis, arboris, &c. simul materie inhærerent. Si dicatur formam ante

generationem nihil esse , ergo ex nihilo videntur produci & consequenter omnes creari.Idem argumentum de formis accidentalibus urgeri potest, habent enim & illæ suas entitates.

VII. Anaxagoras dicitur statuisse , quod cum ex. gr. generatur asinus , antea forma asini fuerit in materia , sed divisa per minutas partes inter quas intercedebant particulæ aliarum formarum , & ideo asinus antea non apparuit, sed quando particulæ formæ asini erant segregatæ & congregatæ ab aliis particulis aliarum formarum, tunc apparebant; verum ista opinio generationem substantialem negat. Alii statuebant formas ante generationem esse actu in materia secundum quasdam inchoationes earum. Alia adhuc adfertur sententia quæ ponebat in materia possibilitates formarum, quæ in productione formarum in eas convertantur.

ix. His relictis , distinguendum est inter formas immateriales & materiales. Forma immaterialis, qualis est anima rationalis , extrinsecus advenit, ex nihilo producitur & à Deo per creationem ortum ducit, est enim substantia spiritualis non dependens à materia, 2. de Gen. Anim. c 3. Gravior autem difficultas est de forma materiali, quæ non potest dici , quod creetur in materia , tum enim deberet per se posse subsistere independenter à materia , & ita animæ brutorum immortales quoque forent.

*Albertus de Saxonia 1. Phys. q. 14. dicit, quod omnes fiunt ex aliquo prout ex denotat materiam in vel ex qua aliquid fit, cum hoc tamen inquit bene stat quod fiant ex nihilo, saltem aliquæ eorum, prout ex denotat terminum à quo distinguum à materia. Dicendum potius videtur , formas materiales non creari ex nihilo, nec antea actu in materia fuisse, sed id ante generationem fuisse.*

se po.

COLLEG. METAPHYSICVM. 147  
se potentia quod post generationem  
sunt actu, & ab agente educi ex po-  
tentia materiæ, in qua antea contine-  
bantur. Quid sit educi ex potentia  
materiæ, diversimode explicatur; qui-  
dam dicunt, illud esse produci depen-  
denter à materia; verum non satis re-  
cte illud dici videtur; quanvis enim  
omnes formæ quæ educuntur ex po-  
tentia materiæ, etiam à materia de-  
pendeant, non tamen omnes formæ à  
materia dependentes sunt educitæ ex  
potentia materiæ; formæ enim ma-  
teriales, quæ in prima creatione cum  
materia productæ sunt, sunt formæ  
dependentes à materia, non tamen  
possunt dici educitæ ex potentia ma-  
teriæ, quia nunquam fuerunt in po-  
tentia materiæ ex qua potuissent e-  
duci. Rectius Thomas 1. part. quest.  
9o. art. 2. ad secundum. In actis inquit  
ex irabili de potentia materia, nihil aliud  
est, quam aliquid fieri actu quod antea  
erat in potentia. Cajet. Formam in-

G 2 - quit,

quit, esse in potentia materia, est esse in  
eant causa non activa sed materiali: esse  
autem in aliquo ut causa materiali, est  
habere esse dependens ab ea, & habere  
esse confusum id est indistincte in ea.  
Et paulo post, *Educi ergo formam de  
potentia materia est ipsam ex vi trans-  
mutationis resultare in ea.*

x. Dubitari posset, an non anima  
quoque rationalis dicenda sit, educi  
ex potentia materia? dicendum vi-  
detur, materiam hominis esse qui-  
dem in potentia naturali ad animam  
rationalem (quia materia naturaliter  
disponitur ultimate ad recipiendam  
formam rationalem, præterea quia  
anima rationalis est ipsius propor-  
tionalis actus, unde ex duobus illis, u-  
num per se constituitur; tum etiam  
generatio hominis non posset dici  
naturalis, nisi materia haberet natu-  
ralem potentiam ad recipiendam ani-  
mam) interim tamen animam huma-  
nam non educi ex potentia materia,  
quia

quia illam non continet in potentia,  
longe autem differunt formam ali-  
quam in potentia sua continere, & ef-  
fe in potentia ad talem formam: nam  
ut in potentia sua materia formam  
contineat, requiritur non tantum ca-  
pacitas ad illam recipiendam, sed eti-  
am vis causandi formam, jam vero  
forma quæ educitur ex potentia ma-  
teriæ, debuit antea contineri in illius  
potentia, quia nihil educitur nisi ex  
eo in quo continetur.

xii. Causalitas formæ consistit in  
actuali unione ipsius ad materiam, si-  
ve in actuali inhærentia formæ in  
materia per informationem, infor-  
mare enim est actuando dare pro-  
prium suum esse: quare unio hæc  
talis est, ut ea mediante, forma  
se ipsam præbeat materiæ vel com-  
posito, per quod distinguitur hæc  
unio ab illa quæ efficienti tribuitur,  
efficiens enim etiam unit, verum non  
dando se ipsum effectui, sed aliquam

150 ARK. SENGUER DI  
aliam entitatem conferendo aut pro-  
ducendo. Quod vero in hac unione  
formæ causalitas consistat, ex eo ma-  
nifestum est; quia posita unione &  
præciso quocunque alio, forma neces-  
sario suam causalitatem exercet, ut  
posita unione inter animam & cor-  
pus, anima quæ forma est necessario  
causat: positis autem omnibus aliis &  
ablata unione, impossibile est formam  
exercere suam causalitatem, ut posita  
anima & posito corpore, ablata tan-  
tum unione, anima non causat ut for-  
ma. Eadem unio est quoque causal-  
tas materiæ, quæ & ipsa sibi unit for-  
mam & ita compositum constituit,  
cum enim unio sit quasi vinculum aut  
nexus inter duo extrema, necessario  
atrumque extremum attingit.

DISPU-

DISPUTATIO XL  
DE  
CAUSA EFFICIENTE.

Resp. HENRICO VINCKIO.

Causas externas *disputat.* 9. *th.* 5.  
duas posuimus, efficientem & finalem ; inter quas licet causalitas finis censeatur prior causalitate efficientis , cum finis moveat efficientem ad agendum , prius tamen de causa efficiente agemus , cum ejus causalitas nobis sit notior ; finis enim motione metaphorica causat cum non existit , efficiens autem cum causat seu efficit necessario existit : præterea quamvis causalitas efficientis sit posterior causalitate finis , ipse tamen efficiens , fine , finisque causalitate prior est.

11. Causa efficiens definitur ab Arist. 2. *Phys.* c. 3. 5. *Metaph.* c. 2.

ōderūt ap̄χà tñs metoçolñs n̄ w̄p̄tñ, n̄ tñs  
n̄çquñsorū, unde est primum mutationis  
vel quietis principium. Aliter causa  
efficiens definitur; causa externa à  
qua res vera causalitate proficiscitur;  
veram causalitatem eponunt causaliti-  
tati metaphoricae, ut hoc pacto effi-  
cientem à fine distinguant: sed non  
videtur illa definitio reciprocari pos-  
cum suo definito, nam causa proca-  
ractica efficiens causa est, non tamen  
causat reali influxu sed metaphorico,  
neque tamen causa finalis est, quia  
existit cum causat, quod fini non  
competit. Aliter describitur *qua ipsa*  
*per se causat*, ut sic à fine distinguatur,  
qui causat per efficientem, sed illud  
*per se causare* nimis ambiguum est,  
cum omni causæ competit, omnis  
enim causa (ut *disp. 9.* diximus) de-  
bet *per se* influere esse in causatum, i.  
e. non per accidens. Quod dici posse  
videretur τὸ *per se* opponi debere τῷ  
*per alind*, & eà significatione finem  
non

non causare per se , sed illum causare  
per efficientem , nescio an illud satis  
accurate dicatur ; nam quamvis finis  
moveat efficientem ad agendum &  
non obtineatur sine efficientis actio-  
ne , finis tamen ut finis non videtur  
causare per efficientem , nam ut finis ,  
causat movens metaphorice , quod  
certe per efficientis actionem non  
facit.

111 Plenius ergo & clarius vide-  
tur definiri. *Causa externa à qua pri-  
mo secundum exercutionem est actio.*  
Cum dicitur *causa externa* à materia  
& forma distinguitur , quæ sunt cau-  
ſæ internæ , per particulam à distin-  
guitur ab omnibus aliis causis ; nam  
in rigore *ex* materia res est , *per* for-  
mam talis vel talis est , particula *cu-  
jus* fini competit : particula *primo*  
non debet intelligi de primo princi-  
pio simpliciter & omnino indepen-  
dente , tum enim soli Deo cōpeteret  
definitio causæ efficientis , sed per il-

lam distinguitur à materiali & formalis causa, cuius causalitates non sunt ita primæ sicut efficientis, quomodo vera est hæc causalis locutio, quia efficiens agit in materia patitur, non autem contra, quia patitur materia efficiens agit: prioritas naturæ non autem temporis intelligi debet, nam tempore simul materia incipit mutari, cum efficiens incipit agere; cum dicitur secundum executionem efficiens à fine distinguitur, finis enim per intentionem causat. Dico potius quod ab efficiente fit actio, quam cum Arist. quod efficiens est principium mutationis, ut causæ creanti definitio hæc etiam aptari possit, creatio enim est actio, durius autem videtur dici mutatio, cum mutatio videatur presupponere subjectum mutabile vel recipiens mutationem, quale in creatione nullum habemus, cum creatio sit productio rei ex nihilo; dicitur quidem creatio habere rationem,

rationem mutationis à Bonaventura  
1.2. dist. 1. qu. 1. sed tum mutationem  
late sumit pro nova formæ introdu-  
ctione, seu pro productione in qua  
sufficit, ut productum aliquo modo se  
habeat nunc & nullo modo prius: in-  
terim magis propriæ videtur muta-  
tio tantum habere locum, ubi subje-  
ctum præsupponitur, quod idem ma-  
nens aliter se habet post mutationem  
quam ante se habebat. Quod verò  
Arist. in causæ efficientis definitione,  
mutationis mētionem faciat, id ideo  
fortasse est, quia creatio Arist. igno-  
ta fuit, ut valde probabiliter colligi-  
tur ex 1. Physic. 1. 33. 34. ubi vide-  
tur approbare illud pronunciatum  
*ex nihilo nihil fit*, in quo dicit omnes  
naturales consentire & c. 75. inquit.  
Nos & ipsi dicimus nihil quidem sim-  
pliciter fieri ex non ente, & 7. Meta-  
phys. c. 7. inquit. Eorum quasi sunt, que-  
dam natura, quedam arte, quedam à  
casu sunt, omnia autem quasi sunt, & ab

G. G.

aliquo,

156 ARN. SENGUERDI  
aliquo, & ex aliquo, ac aliquid sumi, de-  
qua re videri potest Pererius l. 5. Phys.  
c. 7. & Georg. Ragus. Venetus de A-  
nimis immortalitate. Suarez, Iandun.

iv. Vox *actionis* non debet in defi-  
nitione tam strictè sumi, ut eman-  
tioni seu resultantiæ naturali contra-  
distinguatur, sed latius sumitur, ut  
scilicet comprehendat qualemcumq;  
influxum causæ efficientis, seu depen-  
dentiam effecti ab efficiente, sive ille  
influxus dependeat ita à solo agente  
ut ejus essentiam naturaliter & ne-  
cessariò sequatur, quomodo anima  
est causa facultatem seu potentiarum  
sumi, sive ille influxus ita ab agen-  
te dependeat, ut non necessariam ha-  
beat connexionem cum agente, qui  
idfluxus solet *operatio* vocari, & com-  
prehendit omnes operationes imma-  
cientes & transcentes, motus & mu-  
tationes.

v. Dubitari circa definitionem  
datam potest: an non debuerit cau-  
sa cf.

sa efficiens per effectum & non per actionem definiri, cum relatio saltem transcendentalis intercedat inter causam efficientem & effectum, & relatum per suum correlatum definitatur? dicendum videtur, non ideo esse improbandam definitionem quia expresse non sit in ea mentio effecti, cum effectus in ipsa actione satis comprehendatur vel indicetur, nam actio quamvis non sit ipse effectus qui per actionem producitur, est tamen via ad effectum & revera medium per quod effectus est, unde perinde est dicere, ab efficiente causa esse actionem, ac dicere, ab illa esse effectum media actione, seu esse causam externam à qua effectus profluit seu pendet per actionem, ut notat Suarez.

VI. Proxima ratio causandi seu causalitas efficientis non est potentia aut virtus agendi, per illam enim non constituitur efficiens actu causans, interim ad causandum necessario prærequi-

158 A R N. S E N G U E R D I I  
requiritur, unde radix causalitatis dici potest, ipsa vero causalitas nihil est aliud quam ipsa actio, haec enim constituit seu denominat efficientem actu causantem, & immediate adjungitur potentiae agendi ut agere dici possit efficiens, estque id quo causa efficiens actualiter attingit suum effectum, & quo effectus ab efficiente pendet, unde ablata actione agens non potest agere causare, & illa posita revera causa efficiens.

Causa efficiens multis modis dividitur, ut omnes ejus divisiones explicemus proposita thesium brevitas non patitur, quare quasdam tantum propomemus. Dividitur igitur causa efficiens in primam & secundam. *Causa prima* est quae nec in esse nec in operari ab alia dependet, qualis causa est solus Deus Opt. Max. *Causa secunda* est quae in esse & operari ab alia dependet, quamvis per virtutem etiam principalem influat in effectu.

Causas

Causas secundas sive creaturas verè aliquid agere & producere ab experientia probari potest; sensu enim notissimum videtur, ignem calefacere, aquam refrigerare, cui experientiæ communis consensus & vox omnium aeclamat qui ita de rebus loquuntur.

2. Posito quod creaturæ nihil agent, non possent viventia à non-viventibus distingui, nullæ enim operationes à principio intrinsecè activo orientur. 3. Frustra Deus diversas qualitates, diversis rebus indidisset, quas in iis experimur, si nihil agent, & quorsum alias varii apparatus in rebus, alii ad agendum, alii ad patiendum? 4. Tota vis argumentationis philosophicæ tolleretur, per quam progredimur argumentando ab effectis ad causas. Mitto probationes ex Sacra pagina, in qua clarissimum est Deum voluisse ut terra produceret herbas virentes Gen. 1. v. 11, quæ productionem fructuum arboribus adscri-

160 ARN. SENGUERII  
adscribit; imo quæ tanquam miraculum narrat, ignem Babylonicum non egisse, comburendo & consumendo tres juvenes in fornacem injectos. Quare rejicienda est vetus opinio quæ, ut ex Thoma. 3. *Contra Gentes c. 69.* & 1. p. 105. art. 5. habemus, statuit, res creatas nihil omnino sperari, sed Deum omnia ad earum tantum præsentiam efficere, ita non ignem, sed Deum calcfacere ad ignis præsentiam, ut & sententia Avicenbron qui ponebat, nullum corpus esse activum, sed virtatem substantiæ spiritualis pertransfuntem per corpora exercere operaciones, quæ à corporibus provenire videntur; improbandus etiam est Avicennæ error, qui volebat, res corporeas posse efficere accidentia solum, non autem substancialias.

VIII. Dividitur etiam causa efficiens in Physicam & Moralem. *Causa Physica* non sumitur pro ea quæ per motum

motum corporeum agit, sive pro causa corporali, neque etiam prout causæ supernaturæ tali opponitur, sed latius pro causa, quæ vere ac realiter effectum producit, seu quæ dat esse effectui actione exequente, ita Deus dum creat, dicitur quoque causa physica. *Causa moralis* est quæ precibus, consilio, imperio, vocatione externa, inspiratione aut simili aliquo modo, movet causam liberam ad agendum, non verò attingit effectum influxu reali. Ita Diabolus ut causa moralis concurrit ad peccatum Adami; chirographum etiam dicitur causa moralis solutionis promissæ, quia eo exhibito homo recordatur sui pacti, & ita excitatur ad pecuniam quam debet, physice persolvendam. Causa physica est libera vel necessaria. *Libera* quæ voluntariè causat. *Necessaria* quæ positis omnibus ad agendum prærequisitis non potest non agere, & cum ex necessitate naturæ sine cogni-

cognitione agit, operatur tantum quantum & quandoconque potest; quomodo ignis quandoconque potest & quantum potest agit, incendendo materiam ad combustionem suscipiendam idoneam.

ix. Dividitur etiam causa effectus in principalem & minus principalem. *Causa principalis* est, cui proprius adscribi debet effectus, seu, quæ per virtutem principalem influit ad productionem effectus. Talis causa non quam est indignior suo effectu, sed vel est nobilior vel æque nobilis. Duplex enim principalis est, univoca & æquivoca. *Univoca* cum causa & effectum sunt ejusdem speciei, quare dicitur, formaliter effectum continere, talis causa est ignis cum ignem producit. *Æquivoca* cum effectum est diversæ speciei, quæ causa dicitur effectum eminenter continere, semperque est nobilior effectu. Minus principalis, triplex ponitur,

proca-

procatarctica, proegumena, & instrumentum. *Procatarctica* extrinsecus movet seu impellit ad agendum: *Proegumena* intus disponit. Causa *instrumentalis* est, quæ media actione propria, participat actionem principali agentis, ita ut à principali agente ad effectum se nobiliter elevetur, ita calor tanquam instrumentum animal concurrit ad producendam carnem, & in universum omne accidens quatenus concurrit ad producendam substantiam. Instrumentum debet habere duas actiones, unam qua agit per virtutem sibi inherentem, in qua actione non completem exercet officium instrumenti, ut cum calor qui animæ instrumentum est calefacit: alia actio est proprie instrumentalis, qua influit in effectum principalis agentis, ut scil. elevetur ad aliquid aliud producendum, intentum ab ipsa causa principali, quomodo calor ad producendam carnem elevatur.

DISPU-

## DISPUTATIO XII.

## DE FINE ET CAUSATIS.

R. JOHANNE LUDOVICI GROUWELS.

**S**I cut materia & forma necessario se mutuo comitantur , sic etiam Efficiens & Finis indivisibiliter connectuntur , ita ut quicquid effici- tem habet idem etiam habeat finem propter quem sit , quod enim effici- tor alicujus gratia efficitur ; dicun- tur quidem multa casu fieri , respectu agentium particularium ipsa tamen illa non carent suo fine , respectu a- gentis primi & universalis . Quic- quid finem habet , idem quoque cau- sam efficientem habet quæ finem in- tenderit : quod efficiente caret , caret fine extra se ad quem ab alio diriga- tur , nam quod non habet efficientem , non habet esse ab alio , quod non ha- bet

bet esse ab alio, non est propter aliud sed propter se, quare neque finem extra se habet.

II. Vocabulū *finis* translatitium est à terminis & limitibus quibus agri terminantur, qui agrorum fines dicuntur, agentis enim operatio consecutione scopi seu finis ad quem tendit, terminatur ac finitur: potest etiam translatio sumi à fine consummationis sive absolutionis cuiusque rei, qui Græce τέλος dicitur à verbo τέλεω *perficio*: sicut enim unaquæque res tunc perfectionem suam consequitur, cum consummatur & absolutetur, sic etiam agentis operatio, tum perficitur, cum scopum intentum attingit.

III. Finis aliquando sumitur pro termino rei vel operationis, quomodo punctum est finis lineæ, & forma aut effectus productus est finis & terminus operationis, verum haec acceptione, non potest finis dici causa, cau-

166 ARN. SENGUERDII  
sa, causa enim omnis debet esse prin-  
cipium, quod est primum quid, prius  
scilicet principiato, cum autem hac  
significatione sumitur finis, non prin-  
cipium aut primum sed ultimum po-  
tius notat. Dicitur etiam finis *in intentione* qui ab agente intenditur, vel  
*in executione* qui jam obtinetur. Finis  
in executione est effectum seu causa-  
tum efficientis non vero causa; hic  
igitur intelligitur finis in intentione.

iv. Finis describitur. à Phil. 2.  
*Phys. c. 3. t. 29. s. Met. c. 2. 1.*  
*Ethic. c. 7. τὸ δένεργον cuius gratia res*  
est, vel operatur efficiens: huic de-  
scriptioni si genus addatur definietur;  
*Causa externa onus gratia res est.* Cum  
hac definitione coincidit alia qua de-  
finitur; *Causa externa propter quam res*  
est; Idem enim sunt propter quid &  
*cuius gratia*, nam cum queritur *cuius*  
*gratia agit Medicus?* recte responde-  
tur sanitatis gratia, & cum queritur  
*propter quid agit medicus?* dicimus,  
*propter*

COLLEG. METAPHYSICVM. 167

propter sanitatem. Propter quid ut patet debet stricte sumi, alias enim omnibus causis competit. ut disp. 9. etb. 4. vidimus. *Cujus causa* duobus modis dicitur ut expresse habet Phil. 2. de Ani. c. 4. & 35. τὸ ἔνεργον, inquit, διέρροι, τὸ μὲν ὅ τὸ ἔργον. *Cujus causa*, duplex est, unum cuius, alterum cui. Hinc ortum dicit divisio finis, qua dividitur in finem *Cujus* & finem *Qui*: finem *cuius* vocant, cuius gratia agens operatur: ita sanitas est finis *cuius* inedici in curatione, finis *qui* est cui finis procuratur, vel in cuius gratiam aliquid fit, talis finis est ægrotus in curatione, cui valetudo medicamentorum interventu procuratur. Intendit sic ut finis *cuius* & *qui* ita conjungantur, ut ex utroque coalescat unus integer & totalis finis, ut in dato exemplo, homo sanus est finis curatio-  
nis, in quo fine duo illi fines inclu-  
duntur, quasi componentes unum ali-  
quem finem.

v. Cau-

168 ARN. SENGVERDI

v. Causalitas finis in aliis quidem etiam suo modo reperitur, quam in creatis agentibus in celo & in aliis, quia tamen in illis nobis illa notior est & majorem quandam proprietatem habet, ideo in illis causalitatem finalem maxime considerabimus, dicturi tamen etiam, quo partem bruta & non-viventia proper finem agant. Causalitatem igitur finis ponimus in motione metaphorica seu desiderio, quo efficiens moverit ad media quibus ad finem pervenitur. Finem metaphorico motu movere, sumitur ex Arist. Ide Gen. & Cor. c. 7. l. 25. ubi inquit τὸ δὲ θέρευτα, τὸ ποιητικὸν δίδονται, τὸ ποιητικὸν εἰ μὴ κατὰ μεταφορὰν. Cuius gratia i. e. finalis causa, non est effectiva, ideo sanitas non est effectiva, nisi per translationem. Motionem hanc Metaphoricanam dici vulgo dicitur, non ideo quia non est per influxum effectivum. Melius videatur Gabriel Biell. 2. distinct. I. q. 5. statuere

statuere, finis motionem, Metaphorica  
carni esse, nihil esse aliud, quam ipsum  
amari ab agente, & propter ipsum sic  
amatum alia amari vel fieri. Augusti-  
nus Niphus dicit causam finalem id-  
eo non esse factivam proprie, quia ip-  
sa præsente cessat factio.

VI. Motio illa metaphorica non  
existit prius, quam ipsa voluntas a-  
du moveatur, & quando sic ponitur,  
non est aliquid realiter distinctum ab  
ipsomet causato voluntatis, sed una &  
eadem motio est causalitas finis &  
causatur à voluntate: potest enim illa  
motio vel ut actio voluntatis, vel ut e-  
ius passio considerari: prout est actio  
causatur à voluntate per causalitatem  
effectivam, unde hac ratione est mo-  
tio realis & propria, prout verò est  
passio appetitus, est causalitas finalis,  
& motio fluens ab objecto alliciente  
& trahente ad se voluntatem: neque  
mirum alicui videri debet, unam &  
eandem motionem à voluntate cau-

fari & esse causalitatem causæ finalis,  
cum eadem unio realiter , diverso  
respectu sit causalitas materiæ & for-  
mæ , licet illæ causæ diversarum ra-  
tionum sint.

vii. Finis non causat nisi cogni-  
tus, causat enim movendo appeti-  
tum , appetitus autem non moverur  
sine præcedanea cognitione, unde in-  
cognitum non potest ad se alliciendo  
movere quamvis vel maxime bonum  
sit , neque sufficit ut aliquomodo ap-  
prehendatur, hoc est, non sufficit ap-  
prehensiva cognitio , sed necessario  
judicativa requiritur & judicium  
quidem ultimatum : non enim feri-  
mur in id quod absolute bonum esse  
judicamus , sed in id tantum quod ju-  
dicio ultimo & comparato nobis bo-  
num & possibile acquisitu putamus,  
ideo dicit Phil. 3. Eth. 6. 5. quod ab-  
solute bonum ac jucundum est , amabile  
est atque eligibile : unicuique vero quod  
unicuique est tale. Requiritur ut tan-  
quam

quam possibile apprehendatur, nemo enim ab eo tanquam à fine movetur, quod plane impossibile esse putat.

VIII. Cognitio illa non est ratio, cansandi finaliter, sed tantum conditio fine qua non, quæ requiritur ad finalizandum, sicut in actione cause efficientis requiritur approximatio patientis ad agens. voluntas enim non tendit in finem ut illum in esse cognitio affequatur, sed ut in proprio esse reale, juxta conditionem ejus, cognitum affequatur: qui enim agit propter sanitatem, divitias, tanquam propter fidem, non tam intendit cognoscere sanitatem aut divitias quam eas affequi & possidente, finis enim movet secundum illud esse, secundum quod satiat appetitum agentis, postquam illum est consecutus, sed ita comparatur finis ad voluntatem secundam esse reale, non vero secundum esse cognitionem; accedit quod finis obtentus non

172 ARN. SENGUERDI  
amittat suum esse cognitum seu intelligibile, & tamen tum non causat amplius; potest quidem cognitio appeti ut finis, ut in scientiis speculativis fit, verum tum quoque cognitio movet secundum esse reale, ut scilicet actus vel habitus qui judicatur convenientis.

ix. Proxima ratio sub qua finis movet, constituens causam finalern proxime aptam & sufficientem ad causandum, est 'bonitas', cum enim causalitatem finis in motione metaphorica voluntatis posuerimus, & nihil alliciat voluntatem, nisi quatenus bonum est, patet quod bonitas sit principium causandi finaliter. Hinc bona definitur à posteriori *quod omnia appetunt i. Eth.* ideo diximus *disp.* 7. bonum & appetibile esse idem fundamentaliter.

x. Voluntas semper movetur à vera bonitate, non tamen semper à veris bonis, movetur enim voluntas ab honesta.

COLLEG. METAPHYSICVM. 173  
nestate, delectatione, quæ veræ bonitatis sunt, peccatur autem in eo quod delectatio applicetur iis quibus non debebat applicari. Non movetur semper à vero bono: cum enim bonum duplex sit verum & apparet 2. Phys. t. 32. & causa finalis causet ut cognita, hinc bonum apparet æque moveat voluntatem atque verum bonum, unde Thomas dicit 1. 2. q. 3. art.

1. Ad hoc quod voluntas in aliquid tendat, non requiritur, quod sit bonum in se veritate, sed quod apprehendatur in ratione boni. Malum qua tale non potest causare finaliter ad se appetitum trahendo, cum non sit consentaneum naturali inclinationi voluntatis, unde non magis potest voluntas ferri in malum qua malum est, quam intellectus potest assentiri fallo ut sic, sed sicut intellectus potest assentiri fallo sub ratione veri, sic voluntas potest appetere malum sub ratione boni.

xii. Actiones agentium naturalium

Hoc cognitione , ut lapidis quod de-  
orsum cadat , ignis quod adscendat ,  
sunt propter finem & vere sunt cau-  
latae causae finalis , non quidem prout  
praeclere egrediuntur ab ipsis natura-  
libus agentibus , sed prout substantia  
directioni & intentioni primi agen-  
tis , unde non tam dicuntur agere  
propter finem , quam a superiori a-  
gente in finem dirigi , unde Thomas  
dicit i. p. q. 103. art. 1. ad 1. aliquid  
moveatur vel operatur propter finem di-  
pliciter. Uno modo , sicut agens se ipsum  
in finem , ut homo & alia creature ratio-  
nales & talium est cognoscere rationem  
finis & eorum quae sunt ad finem , quod  
alii vocant formaliter propter finem  
agere. Aliquid autem dicitur operari  
vel moveri propter finem , quasi ab aliquo  
actum vel directum in finem sicut sagit-  
ta movetur directa ad signum à sagit-  
tanie , qui cognoscit finem non autem sa-  
gitta. Quod 3. contra Gentes c. 24. di-  
cit , corpora naturalia cognitione ca-  
rentia ,

rentia, moveri & agere propter finem, cum tendant in finem sicut directa in finem à substantia intelligente. In brutis major apparat participatio causalitatis finalis, quam in iis quæ cognitione destituta sunt, cum ferantur in finem apprehensum & cognitum, interim tamen non cognoscunt formaliter rationem finis aut mediorum, quia non possunt unum cum altero conferre, neque in fine cognoscunt propriam rationem convenientiae, propter quam res est amabilis, neque possunt unum in aliud ordinare, hinc dicuntur materialiter potius quam formaliter propter finem operari. *Propriū enim est natura irrationalis ut ienda in finem quasi ab alio acta vel ducta.* Thom. I. 2. q. 1. ar. 2,

**xii.** Et hæc de causis. Causatum Græcè *aitiatoν* est quod esse sicutum à causa habet, sive quæ à causa dependet. Ut autem causa quadruplex est, ita & quadruplex est causatum.

Causatum materiæ est *materiatum*.  
Formæ, *formatum*: quia vero mate-  
ria & forma eadem unione causant,  
concurrendo ut partes compositi,  
hinc causatum materiæ & formæ di-  
citur *compositum*. Efficientis cau-  
sum est *effectum*, si proprie & stricte  
sumatur; sœpe vero fit ut vocabulū  
tam late accipiatur, ut effectum i-  
dem significet quod causatum. Finis  
*ordinatum in finem sive Finitum*. Fi-  
nita autem sunt media quæ adhiben-  
tur ut finis in executione obtineatur.  
Media bona quidem sunt 1. *Mag.*  
*Mor.* c. 2. interim qua media non vi-  
dentur habere bonitatem nisi à fine,  
potest quidem res quæ est medium  
sub aliqua ratione esse appetibilis, ra-  
tione alicujus bonitatis quam vere in  
se habet, eatenus tamen non habet  
rationem mediæ. *Quia* vero media  
bonitatem suam à fine habent, hinc  
fit, ut media in se mala, appetantur  
ob bonum finem, ut amputatio manus  
ad consequendam sanitatem. DIS-

## DISPUTATIO XIII.

## De Necessario &amp; Contingente.

Resp. PETRO IOHANNIS.

Inter disjunctas entis affectiones, numeramus etiam **Necessarium** & **Contingens**; omne enim ens **Necessarium** aut **contingens** est. **Necessarium** Græce *ἀναγκαῖον* derivant quidam à *ne* & *cessando* quia in necessariis cestandum non est: deduci etiam potest *necesse à nec & esse*, quod **Necessarium** aliter esse non possit: hinc **Necessarium** generaliter describi potest. *Quod non potest non esse.* Ita Phil. 1. Post. t. 194. 5. Met. c. 5. inquit, *Quod non contingit aliter se habere, necesse dicimus; ita se habere.* **Necessitas** considerari potest vel in rebus, vel in oratione seu enunciatione. **Necessitas** enunciationis est, quæ repetitur in oratione de re necessaria, notans

H. 5. indis-

378 MARN. SENGUER DII  
indissolubilem nexum predicationis cum  
subjecto: fundatur autem illa in ne-  
cessitate quae est in rebus: sicut enim  
quia res est vel non est, oratio vera  
vel falsa est; ita etiam, quia res necessi-  
taria vel contingens est, oratio de ea  
re vel necessaria vel contingens dicitur.  
Necessitate orationis Logicis  
relictâ, agemus hic de necessitate  
quae in rebus consideratur.

11. Necessitas in rebus est vel in-  
terna vel externa. *Interna* quae intrin-  
secam rei naturam respicit. *Externa*  
quae extra rem est. Utroque est vel  
absoluta vel secundum quid. Absolu-  
te & simpliciter necessarium dicitur,  
cujus non esse vel posse non esse  
implicat contradictionem. Et hoc  
est vel simplex vel ex adjuncto. Sim-  
plex absolute necessarium ad existen-  
dum est solus Deus: quod dicunt  
Scholastici, in Deo non distingui es-  
se & essentiam, & Deum esse suum  
esse: unde qui concipit Deum, non  
potest

poteſt concipere, Deū poſſe non eſſe, nam poſſe non eſſe, imperfectionem ſaltē negativā arguit, hoc enim ponit reū eſſe capacē potētię objectivę, at Deus capax potentiaę objectivę, eſt non Deus, quia quod in potētia objectiva eſt, id debet in actum deduci ab alio aliquo quod actu eſt: unde conſequenter eſſe Dei eſſet cauſatum, eſſe per participationem & Deus habe-  
ret cauſam ſc. priorem, & foret depen-  
dens, quae omnia impia ſunt, vide  
*Tho. & Cajet. I. p. q. 3. art. 4.* Reliqua  
vero omnia, entia ſc. creata, non ha-  
bent abſolutam talem neceſſitatē  
ad existendum, quomodo non fue-  
runt ante ſui creationem & poſſent à  
Deo in nihilum redigi, ſi ipſi ſic vi-  
ſum eſſet, hinc concipi & intelligi  
iſorum eſſentia poſteſt, quamvis co-  
cipiantur non exiſtere.

III. Neceſſitatē abſolutam ex  
adjuncto voco, qua reſ ponitur ne-  
ceſſaria propter aliiquid cui conju-

180 ARN. SENGUERDI  
cta est, quamvis alias non sit absolute  
necessaria. Hujus necessitatis duos  
modos ponere possumus. Primum,  
cum id quod necessarium ex adjun-  
cto dicitur, est de essentia illius cui  
adjungitur, ita ut essentiam consti-  
tuat, ita genus & differentia dicun-  
tur necessario esse existente re, quo-  
modo implicat contradictionem, da-  
ri hominem & non dari animal &  
rationalitatem, positajustitia absolu-  
te necessarium est, poni virtutem, ge-  
nus enim & differētia ut partes Me-  
taphysicæ speciem constituunt; talis  
etiam est necessitas causarum inter-  
narum materiæ sc. ac formæ, quæ ut  
partes essentiales corpus componunt;  
ita posito homine, necessarium est  
poni formam h̄ominis, animam ra-  
tionalem & corpus humanum, quod  
ex eo clarissimum est, quia totum nō  
distinguitur realiter ab omnibus par-  
tibus simul sumtis & unitis, quemodo  
realis distinctio non intercedit in.

COLLEG. METAPHYSICVM. 181  
ter hominem & animam corporiu-  
nitam.

IV. Alter modus necessarii ex ad-  
juncto est , cum id quod necessarium  
est non concurrit ad constituendam  
essentiam ejus quo posito necessario  
ponitur , sed quod essentiam ejus rei  
necessario sequitur , ita necessariæ  
sunt proprietates , quæ necessario &  
inseparabiliter emanant , quæ etiam  
*accidentia propria* vocantur , ut distin-  
guantur ab accidentibus communi-  
bus quæ à rebus separari possunt , de-  
finitur hoc proprium ab Arist. i. Top.  
c. 5. ὁ μὴ θυλοῖ μὲν τὸ πόνηται μόνως ἐ<sup>πί</sup>  
ταξιχεῖ, ἡ γὰρ ταχαπορεῖται εἰς τὸ γραμ-  
μα. Quod non declarat quid sit ,  
soli autem inest & cum re reciprocatur.  
Talem necessitatem habet quantitas  
respectu materiæ , in se enim non est  
necessaria quantitas , sed posita mate-  
ria , non potest non dari . Propria po-  
nunt duum generum , quædam quæ  
sunt ab essentia subjecti , ut in dato  
exem-

182 ARN. SENGUERDI  
exemplo, & hæc videtur Arist. definitio spectare, quædam à causa externa, prout eclipsis non fuit ab essentia lunæ (luna enim non semper patitur eclipsin) sed ab interpositione terræ inter solem & lunam. Quæ fluunt ab essentia subjecti, non possunt communicari subjectis specie diversis, cum enim reciprocantur cum subjecto, hinc si aliis communicarentur & ipsa essentia communica- retur, seu fieret alterius rei essentia; hoc ipsum nomine proprii indicare videtur, nam si communicarentur, jam non propria sed communia forent. Συνδύσις seu unionem corporum cū proprietatibus non negamus, tum enim unaquæque substantia suas proprietas retinet, ut cum ferrum & ignis conjunguntur; ut neque μέτεξι rejicimus, qua proprietates generum speciebus subjectis tribuuntur, quomodo sensu præditum esse, quod proprium animalis est, homini tribuitus, dicit

dicit enim Phil. 4. Top. c. i. δῆλον εἴδει  
τὸ μὲν εἰδη μετέχει τῶν γενῶν, Partes i-  
gitur species esse generum participes: sed  
ταῦτα γίγνεται, qua quod unī speciei pro-  
prium est, alteri speciei realiter di-  
stincte communicaretur seu tribue-  
retur & competenter, nō agnoscimus.

v. *Necessarium secundum quid ne-*  
*cessitate interna*, est, quod quidem spe-  
cata rei natura aliter non potest fieri, interim tamen ejus negatio non  
implicat contradictionem: ita nece-  
ssarium est, solem singulis diebus ori-  
i, Cœlum moveri, quod tamen per  
virtutem Dei impediri potest, quo-  
modo tempore Iosuæ sol stetit: ita  
necessarium est sublatis impedimen-  
tis physicis gravia deorsum, levia sur-  
sum ferri, verum ea non fiunt cum ab-  
soluta necessitate, cum sine implica-  
tione contradictionis aliter fieri pos-  
sint.

vi. *Necessitas externa* est, qua id  
quod sua natura contingens est, pro-  
pter

184 ARN. SENGUER DI  
pter externā aliquam conditionem,  
fit necessarium vocatur etiam ne-  
cessitas *hypothetica* & necessitas *conse-  
quentiae*, quia res ipsa non est necessa-  
ria sed tantum connexio rei cum hy-  
pothesi externa: superior necessitas,  
necessitas *consequens* dicitur, quia  
ipsa res necessaria est. Conditiones  
illæ sive hypotheses quibus positis  
res necessario ponitur variæ sunt, sc.  
**Coactio**, Dei decretum, præscien-  
tia, prædictio: similitas naturæ, rei  
finis, necessitas qua res est eo ipso  
quod est. **Coactio** necessitatem ad-  
fert, quod enim per vim fit, non po-  
test non fieri respectu ejus qui cogi-  
tur, sed necessario agit aut patitur  
quisquis ad agendum aut patiendum  
cogitur, principium enim actionis  
est extra coactum 3. Eth. c. 1. *Quod*  
*violentum est, necessarium dicitur.* Et  
*vis necessitas quadam est.* 5. Met.  
c. 5.

VII. Posito Dei decreto, præ-  
scien-

scientia, prædictione, id quod decretum, præscitum, prædictum est, necessario fit; Deus enim falli non potest, ita oportebat Christum pati & ingredi in gloriam suam, quia prædictum erat *Luc. 24.* dicitur illa necessitas infallibilitatis & immutabilitatis. Non est tamen putandum præscientiam Dei esse causam futuritionis rerum, non enim ideo res futura est, quia Deus præscivit illam esse futuram, sed potius scit futuram quia futura est, ut futuritionem rerum, ordine, non tempore (quæ enim fiunt, ab æternofutura erant) priorem ponamus præscientiâ ejus, scientia enim præsupponit objectum scibile, quare quod scitur futurum, debet esse futurum; nec tamen futuritiones omnes in rerum natura fundamus, sed à Dei decreto petimus, cum enim Deus decrevit rem esse futuram, jam futura est, ante decretum habemus possi-

186. ARN. SENGUERDI possibilitates, posito decreto, futuritiones: si ante decretum ponere vultus futuritiones, jam fatum Scicium introduceremus, si enim ante decretum res certo futura sit, non potest per decretum ipsius futuratio abrogari, quare nihil fieret quia Deus hoc fieri vellet, sed Deus vellet hoc fieri, quia futurum erat, & ita Deus nihil decernet aut ageret quod non posset non decernere aut agere, prior consequentia manifesta est; quia si posita futuritione ante decretum Deus posset efficere, ut quod futurum erat, non esset futurum, aut ut non esset futurum quod erat futurum, jam non ponetur futuritio certa & consequenter nulla.

VI 11. Respectu finis dicitur aliquid duobus modis necessarium. I. Sine quo finis obtineri non potest, quomodo sine fide nequit aliquis salvare, sine cibo nemo potest naturaliter.

ter vitam suam prorogare, hoc vocant necessarium ad esse. II. Sine quo finis obtineri quidem potest, sed non tam facile, commode, expedite, quod vocat necessarium ex parte expedientiae seu commoditatis, & necessarium ad *bene esse*, ita navis vele-  
 quis est necessarius ad conficiendum  
 iri, logica ad alias disciplinas acqui-  
 tandas. Tertio, necessitatem posui-  
 tons, quia *quod est, necesse est esse quan-*  
*do est* & *quod non est, necesse est non es-*  
*se, quando non est.* Arist. de Interpr. c.  
 9. Huic affinis est necessitas de fu-  
 turo & præterito, quomodo id quod  
 futurum aut præteritum est, eo ipso  
 quod tale est, necessario est futurum  
 aut prætoritum.

IX. Hæc de necessario: contin-  
 gens aliquando sumitur pro omni eo  
 quod non est impossibile, qua signifi-  
 catione necessarium quoque con-  
 tingens dicitur, dicit enim Phil. i.  
 Prior. c. 3. l. 5. *Contingere dicimus &*  
*quod*

188 ARN. SENGUERDII  
quod est necessarium & quod non est ne-  
cessarium, & quod est possibile. Hic ve-  
ro contingens sumitur pro eo quod  
potest esse & non esse, vel quod po-  
test aliter se habere i. Prior.c.13.t.2.  
Dari contingēs manifestius est quam  
ut probatione egeat, hoc enim satis  
arguunt eventus inopinati, casuales  
& fortuiti, actiones quoque quæ à  
causis liberis eduntur, unde Scotus i.  
1.dist.39. *isti qui negant*, inquit, *ali-*  
*quod ens contingens exponendi sunt ter-*  
*mentis, quousque concedant*, *quod pos-*  
*sibile est eos non torqueri.*

x. Contingentia hæc causarum  
secundarum decretum aut præcien-  
tiam Dei non evertit, illa enim quæ  
à causis secundis contingenter sunt,  
respectu decreti Dei sunt necessario  
& determinata sunt; si enim omnium  
rerum non daretur certa futuritio, o-  
mnia non possent à Deo certo pra-  
sciri & sic omniscientia Dei tollere-  
tur aut fallibilis esset, si enim dicere-  
tur

tur Deus aliquid præscire futurum,  
quod tamen non fieret, falleretur  
scientia Dei, datur igitur futurorum  
contingentium determinata veritas,  
non quidem quoad nos, respectu  
quorum illa contingentia dicuntur,  
sed respectu Dei. Necesitas illa hy-  
pothetica qua res quando est necessa-  
rio est, contingentiam quoque non  
tollit.

XI. Imo certitudo decreti & fu-  
turitionis rerum, non tollit liberta-  
tem creaturarum rationalium, unde  
recte dicitur aliquid libere fieri quod  
tamen necessario erat futurum: hoc  
patet ex eo, quod quæ libere agun-  
tur, à Deo infallibiliter præscita fue-  
runt, cum ea futura prædixerit, quo-  
modo interfectores Christi ipsum li-  
bere neci dederunt, sorte ipsius vesti-  
menta destribuerunt, ossa ipsius inte-  
gra reliquerunt, cum aliorum ossa  
strangerent, ipsa tamen illa sic futura,  
à Deo præscitum & prædictum erat.

Ever-

Evertit autem libertatem necessitas coactionis & necessitas naturalis, ad quæ enim aliquis cogitur, illa non possunt dici ab ipso libere fieri, cum fiant contra ipsius voluntatem. Illa quoque quæ necessitate naturæ sunt, quod levia ex. gr. ascendant, non sunt libere.

## DISPUTATIO XIV.

De Potentiâ & Actu, Simplici &  
Composito.

*Respond.* L U C A V I N C K I O.

**I.** DE Potentia & Actu Mera physico ut de disjunctis entis affectionibus agendum est; dicitur enim ens aliud potestate, aliud actu. *Met. c. 1. & 12. Met. c. 2.* quomodo dicimus, viridem spicam, potentiam; grana tritici matura, actu esse frumentum. Vox potentiae variis modis sumitur, significaciones tamen ejus, brevitätis ergo non enun-

COLLEG. METAPHYSICVM. 191

ine rabo, videri potest Phil. 5. Met.  
c. 12. Describi potest Potentia , Ap-  
petitudo rei ad suum actum , seu qua ordi-  
nat ad actum . Potentia describitur  
per actum , quia mutuus respectus seu  
relatio inter Potentiam & Actum in-  
tercedit : interim non est putandū , Po-  
tentia & Actū meros & puros esse re-  
spectus , purus enim respectus , non est  
Principiū agendi nec patiendi . Iav. 9 .  
Met. qu. 13. Esse potentiam videtur non  
incommodo definiti , ea definitione  
qua Ar. 9. Met. c. 3. possibile descri-  
bit , οὐ εἰν ὅταλεῖη οὐ ἐνέργεια , οὐ λέγεται  
χειρ τῷ δύναμις , οὐδὲν εἶσαι ἀδύνατον ,  
qui si actus evenerit , cuius potentiam ha-  
bere dicitur , nihil eveniet impossibile .

III. Potentia hæc non est eadem  
illa quæ secundam qualitatis speciem  
constituit , illa enim disjunctive cum  
actu de ente prædicata , non exau-  
rit entis latitudinem , quod tamen  
competit illi de qua hic agimus , un-  
de transcendentalis dici potest . Ita

Deus

192 ARN. SENGVERDI  
Deus Opt. Max. ex se ipso est ens a.  
Quia necessario, ut *disp. 13. th. 2.* ostendimus; entia creata sunt partim actu,  
partim potestate. 11. Ex eo quoque  
manifestum est, hanc potentiam non  
restringi ad potentiam qualitativam,  
quia potentia quæ ad qualitatem per-  
tinet, subjecto inhæret, cui adjuncta  
cum accidens sit, constituit cum eo  
unum per accidens; illa vero quæ hic  
intelligitur, potest unum per se con-  
stituere, imo non semper realiter ab  
essentia rei distinguitur. Arist. ex-  
presse artem medendi, potentiam vo-  
cat. *Met. 6. 12.* quæ tamen non ad  
secundam sed ad primam qualitatis  
speciem pertinet;

111. Potentia alia est rei plane  
non existentis, alia vero existentis.  
Potentia rei non existentis secundū  
aliquid fui, est potentia *Objectiva*,  
quæ dicit rem quæ in potentia objec-  
tiva esse dicitur plane non existere,  
interim tamen repugnantem ad ex-  
isten-

istendum excludit, unde potentia ob-  
jectiva in omnibus iis locum habet,  
quæ cum non sint, non implicant cō-  
tradictionem si existant, ita mundus  
ante sui creationem erat in potentia  
objectiva, non enim implicabat con-  
tradictionem mundum creari, prout  
revera creatus est; ita & alii mundi  
qui jam à Deo creari possunt, sunt in  
potentia objectiva. Potentiam ob-  
jectivam ideo admitto, quia recte  
antequam aliquid creator, dicimus,  
illud posse creari & esse: nolo autem  
quod objectiva potentia realern  
aliquam existentiam ponat in re, quæ  
in potentia objectiva esse dicitur sed  
solam repugnantiam illius existen-  
tiæ excludat, eaque respicit poten-  
tiam activam producentis, quod ob-  
jectum exercitii illius potentia esse  
possit id quod in potentia objectiva  
esse dicitur; quare si quis hanc po-  
tentiam, Logicam vel æquivocata  
vocare malit, de verbis non mul-

tum contendam.

IV. Potentia rei existentis, qæ  
magis proprie potentia dicitur, di-  
citur in Activam & passivam. Po-  
tentia activa definitur ab Arist. s. Met.  
c. 12. ἀρχὴ κίνησις, οὐ μεταβολῆ  
ἔτερω, οὐ δὲ τέλος. Principium motus  
aut mutationis in alio aut quatenus a-  
lud est. Verum cum ea definitio vix  
applicari possit potentiae creativæ,  
cum Arist. motum seu mutationem  
in ejus actione requirat, quam in  
creatione, propter exclusionem sub-  
iecti nō habemus, videtur potius po-  
tentia activa definiti à qua potest pro-  
venire alio. Activa potentia est, vel  
infinita vel finita: infinita soli Deo cā-  
venit; hec seū extendit ad omnia qua  
non implicant contradictionem. Po-  
tentia infinita requiritur in creatio-  
ne, & miraculorum perpetratio-  
ne, quare nulla creatura potest pro-  
prie cercare aut sua vi miracula face-  
re, potest quidem creatura in eden-  
sis

dis miraculis se habere ut instrumentum morale, cum impetrat effectum à Deo; faciendo aliquid circa rem in qua effectus à Deo derivatur, ut cum quis tangit ægrotum & tactu suo impetrat à Deo sanitatem. *Vasquez quest. Met. disp. 28, c. 2.* Verum ipsa patratio miraculorum Deo ut cause principali adscribenda est.

*XXXV.* *Potentia finita* est, quæ ad certos aliquos effectus est determinata, quare non extendit se ad omnia possibilia, habetque locum in creaturis. Hæc dividi potest in naturalem & obedientiam. *Naturalis* est, quæ viribus nature creaturarum, posito generali Dei concurso, potest produci ad actum. *Potentia naturalis*, cum opponitur potentiae obedientiali, non tantum comprehendit subse potentiam pure naturalem, quæ habet locum in iis quæ sine cognitione agunt, & potentiam animalem, quæ sensum solummodo sequitur,

188 ARN. SENGUERDTI  
sed etiam potentiam liberam seu ra-  
tionalem. *Potentia obedientialis* est,  
quares elevata à superiore agente ef-  
ficit aliquid quod est supra vel præter  
suam naturam, talem potentiam o-  
bedientalem habuit. asina Bilhami  
ad loquendum, cum alloqueretur  
**Bilhamum** *Num. 23.* hic pertinet  
potestas faciendi miracula à Deo ho-  
minibus concessa, qua ut instrumenta  
moralia dicuntur miracula facere, ut  
factum a Mose, Prophetis & Aposto-  
lis.

*vi. Potentia passiva* definitur à Phil.  
§. *Met. 5. 12.* *Principium mutationis*  
est matus ab alio, aut quatenus est aliud.  
Cum dicit Phil. ab alio hinc non de-  
bet colligi agens & patiens realiter  
semper esse diversa, nam in actioni-  
bus immanentibus idem secundum  
eum est agens & patiens, & Phil. ex-  
-spicit subiectum quatenus est aliud  
velit ratione & secundū nostram  
considerationem potius quam revera  
agens

agens à patiente distingui in quibus-  
dam actionibus, eadem significatio-  
ne *in alio* accipitur in definitione po-  
tentiae activæ. Passiva potentia sicut  
activa dividitur in Naturalem & O-  
bedientiam. *Naturalis* est, qua  
subjectum dicitur habere naturalem  
inclinationem ad actum, quem per  
naturales causas recipere potest, sive  
qua subjectum natura sua est aptum  
ad talem vel talem actum recipien-  
dum: hæc dividitur in substantialem  
& Accidentalem. *Substantialis* est,  
que actum substantialem respicit,  
qualis est in materia respectu formæ  
substantialis, in ovo ex. gr. respectu  
formæ pulli. *Accidentalis*, qua re-  
spicit accidens qualis est in ligno re-  
spectu caloris.

VII. *Potentia obediens passiva*  
est, qua subjectum superiori agenti  
obedit, ad admittendum actum præ-  
ter suam naturam. Potentia obedien-  
tialis vel subjicitur potentiae divine,

vel potentiae activae artificis. Prior videtur magis proprie potentia obedientialis dici, cum naturali magis opponatur, talis potentia obedientialis est in aqua, ut ex ea vinum fiat, in Japide ut fiat panis aut filius Abrahæ. Potentia obedientialis quæ arti subjicitur, dicitur à quibuscdam etiam naturalis potentia, tolerari tamē potest quod ab aliis obedientialis vocetur, quia res naturales tum obediunt operationi artificis, ut artificialis quedam forma, quam natura in iis non produxit, figuretur & formetur, ut cum ferrum suscipit formam gladii, aurum formam annuli.

VIII. Cuilibet potentiae respondeat suus actus, unde quid sit actus ex opposita potentia cognosci debet, dicit enim Phil. 9. Met. c. 6. ἐπεί γὰρ τὸ οὐασχεῖν τὸ μεγάλον, μὲν τὸς, ὁπερε λέγοντες δυάμεν. Est autem alius rem esse non eodem modo, quo dicimus potentia. Describitur aliter perfe-

perfeccio que potentia caret. Potentia  
objectiva respondet actus entitativus,  
secundum quem quidque existit in  
rerum natura extra suas causas, alio  
nomine dicitur existentia. Extra suas  
causas debet accipi negative, ut sen-  
sus sit, quod id quod existit non est in  
causis suis, quod ideo dico quia Deo  
propriissimè existentia tribuitur, qui  
tamen causam sui non habet. Existen-  
tia non tantum substantiis sed & ac-  
cidentibus tribuenda est, cum enim  
accidentia habeant propriam suam  
entitatem actualem, distinctam ab  
entitate substantiae, consequenter ha-  
bent etiam existentiam distinctam ab  
existentia substantiae, quia tamē sub-  
stantiis inhærent ut sine iis existere  
nequeat, hinc inexistere potius quam  
existere sæpe dicuntur.

ix. Actus respondens potentia  
activa est actio, quæ ab agente profi-  
ciscitur. Potentia passiva, respon-  
det actus informans seu formalis. A-

*Etus informans* est vel Naturalis vel Supernaturalis seu præernaturalis. Naturalis respondet potentia natu- rali, & conciliatur subjecto à causa naturali, supernaturalis aut præter naturalis est, qui subjecto tribuitur supra art præter naturam. Utique est substantialis vel accidetalis. Deus dicitur *etius pirus* ad excludendam potentiam objectivam & quamlibet passivam. Non excluditur autem po tentia activa, nam ipsa vis a genda. Qualitas quædam est, quæ potius vir tutis vel facultatis nomen meretur, quam potentiae. *Sua. disp. 30. sect. 3.* In qualibet autem perfecta subst an tia creata, potentia subjectiva seu passiva locum habet.

x. Hæc enus de Potentia & Actu. Simplex & Compositum possunt et iam ut disjunctæ affectiones de ente prædicari, dico enim ens esse Sim ple vel Compositum. Missis, brevi tatis gratia, variis significationibus vocis

vocis bimpticis, simplex quod hic intelligitur definitur. *Quod per se unum est*, in qua descriptione per se non contra-distinguitur ~~per se~~ per accidens, prout materia & forma dicuntur unum per se constitutre, sed opponitur ly per aliud, ita ut Simplex dicatur unum per se, quia unitatem suam non habet ex aliis componentibus; & ita descriptio coincidet cum ea qua simplex definitur *quod multitudine caret & simplicitas, carentia multitudinis.* Compositum est, *quod ex diversis naturis seu rebus concretum est* Composito est *unio realiter distinctorum.* Compositum ergo requirit *plura & plurimum illorum unionem;* plura componentia ad compositum requiruntur; alias enim non foret compositum, sed unum per se: *unio requiritur.* alias enim compositum plura non unum quid esset.

Simplex aliquid dicitur vel absolute vel comparative. Simplex ab-

solute est proprie simplex, expers cō-  
positionis, estque vel summe simplex,  
vel simpliciter simplex. *Summe sim-  
plex* est, quod nec est compositum ex  
aliis, nec cum alio ad perfectius ali-  
quid constituendum componibile,  
quod *compositum alii* etiam dicitur, &  
ita solus Deus est simplex, omne ve-  
ro creatum vel est compositum vel  
componibile. Principiata sunt com-  
posita ex aliis: Principia componi-  
bilia seu composita alii. *Simpliciter  
simplex* est, quod quidem ex aliis non  
componitur; interim cum alio com-  
positionem ingredi potest, quo pacto  
forma est simplex; non enim constat  
ex pluribus entibus, concurrit tamen  
ad compositionem totius essentialis.  
*Simplex* respectu vocant, quod cum  
in se vere sit compositum ex aliis, di-  
citur tamen simplex respectu ejus  
quod majorem compositionem in-  
cludit, ita clementa simplicia dicun-  
tur respectu mixtorum, cum ipsa ta-  
men

COLLEG. METAPHYSICVM. 195  
men ex materia & forma constent.

XII: Compositionis sex modos  
vulgo ponunt 1. Ex partibus essen-  
tialibus, materia & forma. 2. Ex par-  
tibus quantitativis seu integralibus.  
3. Ex subjecto & accidente. 4. Ex  
natura & supposito. 5. Ex esse & es-  
sentia. 6. Ex genere & differentia.  
Tres posteriores modi non videntur  
veram compositionem notare; in illis  
enim non ponuntur plura entia rea-  
lia. Scotus in principio 8. dist. lib. x.  
tres priores modos videtur tantum  
pro veris agnoscere. Bonaventura et-  
iam l. i. dist. 8. quast. 2. compositiones  
ex naturâ & supposito, ex esse & es-  
sentia, mavile differentias vocare  
quam compositiones; composicio ex  
genere & differentia vulgo compo-  
sitione rationis censetur.

196 ANN. Y SENGUER DII.

**DISPUTATIO XV.**

**De divisionibus Entis, Et specia-**

**Ius de Substantia.**

**Resp. FLORENTIO SCHYLLIO.**

**S**Olet in scientiis is ordo servari, ut  
post tractationem principiorum  
& affectionum subjecti, descendatur  
ad subjecti species, quomodo Physi-  
cus postquam corporis naturalis prin-  
cipia & affectiones consideravit, agit  
de corpore Coelesti & Subcoelesti;  
quare Metaphysicam tradentes tra-  
ctationi principiorum Metaphysicæ  
& entis, subjecti Metaphysicæ affe-  
ctionum simplicium & disjunctum,  
subjecti entis divisiones, nō qui-  
dem ut descendamus ad entis omniū  
infimarum specierum consideratio-  
nem; & examen eorum quæ illis spe-  
ciebus competunt, hoc enim si fieret,

videlicet

tom

tum in Metaphysicâ tractari debent omnia quæ aliarum scientiarum propria sunt, & ita sola Metaphysica scientia constitueretur, quod valde absurdum est; debet enim Metaphysica ab aliis scientiis distingui quod ipsa generalis sit & Domina aliarum scientiarum Philosophicarum: *Post. cap. 9. t. 70.* quare generali tantum modo debet objecta aliarum scientiarum tractare: Proponemus igitur generales entis divisiones, relinquentes particularibus scientiis, particularium objectorum accuratam tractationem: & quamvis Arist. ex professo de Deo agat: *z. Met. videatur* tamen specialis tractatio de Deo his esse aliena: utpote quæ pertineat ad particularem disciplinam distinctam ab hac generali, Pneumaticam sc. seu Pneumatosophiam, in quâ speciatim agendum est de iis quæ materiam excludunt, ut multis quid de hac re sentiendum videatur, aperius *disp. 1. th. 4.*

Ens

II. Ens variis modis dividi potest, duas divisiones quæ vulgatae sunt, impræfentiarum considerabimus, illam scilicet primo, qua in Deum & creaturam dividitur (vox creature hic latè sumitur ut etiam illa comprehendat quæ concreantur & increantur partes scilicet & accidentia) secundo, qua in substantiam & accidentem distribuitur. Tercendum est, quod disp. 2. ostendimus, non esse has divisiones generis univoci in species, sed analogi in sua analogata. Prior divisione aliis etiam nominibus tradi solet, ut cum ens dividitur in infinitum & finitum, in ens à se & ens ab alio, in independens & dependens, in increatum & creatum, quoād rem omnes hæ divisiones coincidunt, Deus enim est ens infinitum, à se, independens, increatum; creatura habet entitatem finitam, dependentem à Deo, participantem & creatam.

III. Cum Deus dicitur ens à se, voca-

vocabula à se , accipienda sunt negative, id est non est ens ab alio, non enim dici potest Deum esse ens à se positive , ac si se ipsum fecisset ; cum Deus ens infinitum dicitur , infinitas non notat negationem consummatæ perfectionis , quomodo res inchoata & nondum perfecta dicitur non finita, sed dicit negationem limitationis , quia scilicet Deus nec ratione essentiae , nec ratione virtutis determinatus est , nullo etiam tempore mensuratur , neque in aliquo loco aut ubi concluditur aut circumscribitur . Ens independens est , cum nihil supra se habeat , utpote cum ipse sit suum esse . Creatura omnis finita & determinata est , tum quoad essentiā , tum quoad virtutem agendi , in certo loco aut ubi continetur , ita ut nec ubique , nec in pluribus locis simul esse queat , duratione etiam finita est , limitatur & ensuratur tempore aut ævo , ita ut nec æterna sit , nec esse possit . Est etiam

200 ARN. SENGUERDII  
viam creatura ens ab alio, à Deo scilicet. *Ens ab alio* est, quod per causalitatem entitatem suam ab alio habet, unde essentia ejus realiter distincta est ab eo à quo est: hinc fit quod Filius & Spiritus Sanctus quamvis sint à Patre, non sint tamen entia ab aliis, quia essentiam non habent in media causalitate dependentem à Patre, cum sint Patri coessentiales, *Unum est essentia Patris & Filii & Spiritus Sancti, in qua non est aliud Pater, aliud Filius, aliud Spiritus Sanctus;* sunt orthodoxa verba Magistri dist. 9. Creatura dependet à Deo, ita ut dependentia creaturæ sit essentialis, unde nec esse, nec conservari sine Deo potest.

iv. Altera divisio entis est, qua in substantiam & accidens dividitur. Substantia Græcè dicitur *έστια* *essentia* àντος *έστιν* ab essendo, quia substantiis esse peculiari quedam modo competit. *Met. c. 1,* alias enim acciden-

tia proprie suam quoque habent es-  
sentiam. Latinæ vocis substantiæ du-  
plex etymologia solet assignari, ut  
scilicet dicatur vel à substantio vel à  
subsistendo; primaria etymologia, sal-  
tem secundum impositionem, à sub-  
stantio derivari, notat Suarez disp. 33.  
sect. 1. quia scilicet substantia acei-  
dentibus substans, accidentia enim  
substantiis tanquam subiecto inhæ-  
rent; substare autem nihil est aliud,  
quam aliis subsesse tanquam eorum  
sustentaculum & fundamentum, &  
bac quidem significatione Deus O. M.  
substantia dici non potest, cum nul-  
la in se accidentia habeat, ob summā  
suam perfectionem, unde quidā po-  
tius dicunt, Deum esse ultra substan-  
tiā quam esse substantiam, tribui-  
tur quidem Deo justitia, misericor-  
dia, sapientia &c. non tamen putan-  
do, illa in Deo notare qualitates,  
quales in creaturis notant, secundum  
rem enim sunt ipsissima Dei essen-  
tia,

202 ARN. SENGUERDII  
tia, & hinc attributa potius quam ac-  
cidentia à Theologis dicuntur, unde  
Scotus dicit *Deus non dicitur sapiens,*  
*quia est in ipso perfectio simpliciter ex-*  
*tis: sed alterius rationis à sapientia exca-*  
*ta.* A subsistendo etiam dicitur sub-  
stantia, quia scilicet omnis substantia  
per se subsistit.

v. Ex his substantia definiri potest  
ens per se subsistens & substantans acciden-  
tibus. Per se subsistere non excludit de-  
pendentiam ab alio, tum enim nulla  
creatura substantia foret, cum omnis  
à Deo dependeat, sed opponitur tamen  
inhærere alteri ut in subjecto. Hinc  
jam appareat quomodo Deus possit  
vel non possit substantia dici, si enim  
substantia dicatur quidquid per se  
subsistit, jam nihil magis est substan-  
tia quam Deus, si vero substare acci-  
dentibus includatur, jam non potest  
Deus substantia dici, ut dictum est:  
majoris claritatis gratia distinguere  
possimus inter substantiam transcen-  
den-

dentalem & prædicamentalem, ut dicamus. Deum esse substantiam trāscendentalem, non vero prædicamentalem, hoc est, Deus non includitur in genere seu prædicamento substantiæ, quicquid enim in prædicamento directè ponitur debet esse finitum: Deum non esse sub aliquo genere inter alios pluribus ostendunt *Thom.* & *Cajet.* I. p. q. 3. art. 5. Bon. l. 1. dist. 8. q. 4.

VI. Substantia dicitur Philosopho *Cat. c. 1.* prima vel secunda. *Substan-*  
*tia prima*, est substantia singularis: *se-*  
*cunda*, est substantia universalis, spe-  
*cies* vel *genus*. substantiæ secundæ  
*dicuntur de primis* ut de *subjecto*,  
*hoc est*, nomen & definitio substan-  
*tiarum secundarum rectè primis tri-*  
*buitur*, quomodo nomen & defini-  
*tio animalis* ut & hominis convenit  
*alicui homini ex*, gr. *Petro*. substan-  
*tiae secundæ in sunt etiam primis*,  
*non quidem ut in subjectis*, *hoc enim*  
*folia*

204 ARNOLDI SENGUERDI  
solidis accidentibus respectu substantiae competit, sed ut superiora sunt  
in inferioribus, quomodo animal  
inest Petro, imo ideo dicuntur de  
primis, quia illis infinit.

VI. Substantia prima singulariter  
subsistens aliis incommunicabilis so-  
let dici *suppositum* & si sit ratione  
praedita Persona quae definitur. Sub-  
stantia prima intelligens, non pars alter-  
vius, nec ab alio sustentata. In puris  
creaturis prima substantia & suppo-  
situm promiscue dicuntur, in Deo  
vero secundum idem datur una sub-  
stantia singularis communis tribus  
personis, ratione cujus personae di-  
cuntur consubstantiales, ita dicimus,  
Patrem, Filium & Spiritum Sanctum  
esse *opusculum* & in Symb. Arhan. Non  
dividentes personas, neque substantias  
separantes. Quæritur autem quid  
suppositum addat supra naturam, in  
qua quæstione nomine naturæ non  
intelligitur natura specifica, sed sim-  
- 204 - gal-

gularis substantia, continens integrum & completam essentiam individui. Non placet illa opinio quæ statuit, naturam & suppositum ratione tantum differre, ex eo enim videtur sequi, in Christo dari personalitatem humanam, quia datur natura humana singularis: Neque etiam entitatem naturæ addit; cum enim cum in Deo tres subsistentias & personas habeamus, in Deo darentur etiam plura entia, consequenter plures Dii; neque tamen meram negationem addit; negatio enim qua talis nihil ponit, neque etiam existentia cujusque rei dici potest subsistentia; accidentia enim habent proprias suas existentias singulares, non tamen subsistentias, quare neque supposita dici possunt: præterea existentia à cuiusque rei naturâ singulari est inseparabilis & nullo modo separabilis, ita ut si natura singularis sit diversa & multiplex, multiplex & diver-

206 ARN. SANGUERDII  
diversa etiam dici debeat existentia,  
unde in Christo, humana natura pro-  
priam existentiam habet ideo quia  
natura singularis est, subsistit tamen  
in personalitate S. Alex.

VI 11. Quare dicendum videtur  
subsistentiam dicere per se itatem ex-  
istentiae seu determinatum modum  
existendi per se, sine dependentia su-  
stantante, qua sustentans in esse sub-  
sistentiæ ultimo terminat existentiæ  
naturæ individualiæ; quare dependen-  
tia sustentans per modum conserva-  
tis rem in esse, non arguit unionem  
personalem, emnes enim à Deo con-  
servamur, à Deo dependemus, non  
tamē Deo personaliter unimores cum  
individualia nostra natura in se ultimo  
terminata sit in esse subsistentiæ; ubi-  
de apparet existentiam naturæ, in  
conceptu subsistentiæ præsupponi-  
ita ut subsistentia non dicatur, exis-  
tentia per se, sed potius per seitas ex-  
istentia:

*stantia*, seu modus per se naturæ existentis: apparet etiam, cur natura humana in Christo non habeat propriam personalitatem, quamvis sit individua substantia, qua scilicet unitur Verbo Dei in persona à qua sustentetur & in qua subsistat ut sine Verbo individua natura humana Christi non sit ultimo terminata, neque hoc minuit sed potius auget dignitatem naturæ humanæ Christi, *dignitas enim est alicui, quod existat in aliquo digniori, quam quod existat per se* ut loquitur Thomas 3. p. q. 2. art. 2. ad 2.

ix. Substantia rectè dividitur in incorpoream & corpoream, sive in spiritualem & materialem; Deus, Angeli, Animæ humanæ sunt substantiæ incorporeæ, de quibus omnibus agere debet Pneumatosophia, quod si anima consideretur ut pars hominis est, eatenus de ea agit Physica. De Substantia materiali physicus

203 ASN. SENGUERDII  
cus tractat, materia enim & forma  
constituunt corpus naturale, quod  
qua tale proprium est subjectū Phy-  
sicæ. Corpus Physicus dividit in  
Simplex & mixtum. Mixtum rursus  
in Animatum & Inanimatum. Ani-  
mati varia genera considerat. Ani-  
matum ut est subjectum sanitatis &  
morborum consideratur à Medico.

---

## DISPUTATIO XVI DE ACCIDENTE.

Resp. IOANNE BREBERENO  
vaaden DIICK.

**A**ccidens ut Substantia contra-  
distinguitur describi potest,  
*Ens Substantia tanquam subiecto subsi-  
dens. Inesse* seu inhærere multis mo-  
dis sumitur. Nam dicitur aliquid in  
alio esse, ut pars in toto, quomodo  
digitus est in manu 2. ut totum in  
parti-

partibus, quomodo facies est in oculis, naribus &c. 3. ut species in genere, homo in animali. 4. Ut genus in specie, animal in homine. 5. Ut forma in materia, ut sanitas in calidis & frigidis. 6. Ut in efficiente, movente vel imperante causa, quæ significatio (ut loquitur Simplicius) est rerum subditarum, quæ in principiis imperio sæpeque arbitratu versantur, sicut bona Græcorum in Regis arbitrio consistunt. 7. Tanquam in fine, ut in divitiis & bonâ valetudine ea quæ illorum gratia geruntur, ita avarus dicitur totûs esse in congerendis divitiis. 8. Ut locatum in loco, vinum in vase. Hos octo modus effendi in alio re-senset Arist. *Phyf. c. 3. t. 23.* numerantur tamen etiam alii; dicimus enim esse in tempore: tum etiam quintus modus subdistinguendus videtur, quia forma quæ est in materia, est vel substantialis vel accidentalis, longe autem diversus in effendi modus

K. est,

est, quo forma substantialis materię  
inest (illa enim concurrit cum mate-  
riā ad constituendum unum per se)  
quam quo accidens inhæret subiecto;  
ex accidente enim & substātia, quod  
accidentis subjectum est, unum per  
accidens constituitur. Cum in defi-  
nitione accidentis inhærentia pon-  
atur, intelligi debet modus essendi in  
aliō ut in subiecto.

xi. Quid sit eſe in subiecto accura-  
te docet Phil. Cat.c.2. Εν ὑποκειμένῳ  
ἢ λέγω ὅτι πνι μὴ μέρος ὑπάρχον, ἀ-  
λλατον χερὶς εἶναι οὐ δύστη. In sub-  
iecto esse dico quod cum in aliquo non  
quasi pars sit, non potest esse sine eo in  
quo est. Hic inhærendi modus requi-  
rit talem inhærentiam in aliquo ut id  
quod inhæret, subsistat per illud cui  
inhæret, ut indicat vox ὑπάρχον.  
Cum dicitur quod id quod alteri tan-  
quam subiecto inhæret, non debet  
esse pars, distinguitur à modis inhæ-  
rendi, quo aliquid alicui tanquam ge-  
nus

nus, vel tanquam pars essentialis, vel integralis inest, cum additur quod non potest esse sine eo in quo est rejiciuntur modi ineffendi in loco, in tempore, in fine, in movente & imperante. Ex quibus jam appareat quo pacto accidentibus inhærentia competat, ita ex. gr. scientia inest homini, subsistit enim per hominem, nō est pars hominis & non potest existere separatim ab homine cui inest.

III. Inhærentiam, quæ de essentia accidentis est, distinguunt Philosophi in actualem & aptitudinalem. *Actualis* est, qua accidentia actu inhærent subjectis. *Aptitudinalis*, qua propensa sunt ad inhærendum: dubitatur autem qualis inhærentia sit de ratione accidentis; tutior & certior sententia videtur quæ statuit aptitudinalem inhærentiam non sufficere, sed & actualem requiri, quia tantam inhesionem substantiæ & à substantiâ dependentiam requirit accidens,

212 ARN. S E N G U E R D I  
dens, qualem excludit substantia, sed  
substantia actualem dependentiam à  
subjecto excludit, nam si quis statuat  
quod ad ponendam substantiam suf-  
ficiat, quod possit non esse in subje-  
cto, concipiatur modo ens aliquod,  
quod sit in subjecto, ut possit tamen  
non esse in subjecto, ille secundum  
oppositam sententiam plenariè con-  
cipiet substantiam, at verò secundum  
rei veritatem concipiet accidens;  
concipiet enim ens substantiae inhæ-  
rens; sic etiam si quis concipiatur acci-  
dens, quod aptitudinalem inhæren-  
tiā habet, actu vero non inhæret  
subjecto ille concipiet accidentē, quod  
subsistat per se, & consequenter ac-  
cidens non accidens; accedit quod  
sententia quæ tantum aptitudinalem  
inhærentiam ad ponendum accidentē  
requirit, nullâ ratione probari possit.

III. Accidentia vulgo novem re-  
censent, Quantitatē, Qualitatē,  
Relationē, Actionē, Passionē, U-  
bi, Quan-

*bi, Quando, Sicut & Habitum.* Nos impræsentiarum duo tantum vera accidentia dari statuemus, Quantitatem & Qualitatem; accidentis enim omne debet esse ens, Relationem in numero non entium posuimus *disp. 3.* Actio, Passio, Ubi, Quando, Situs, Habitus, videntur potius modi aut externæ denominationes esse quam entia vel accidentia.

v. Quantitas definiti potest: *Accidens quod per se partem habet extra partem,* à Phil. s. Met. c. 13. describitur quantum τὸ διαμετρόν εἰς ἐνυπάρχοντα, οὐ γέγοντες οὐ κατεξαστατα, τοιχόν τὸ διαφύκετα. Quod divisibile est in ea quæ insunt, quorum utrumq; vel unum quodque unum quoddam & hoc aliquid aptum est esse. In quâ definitione quamvis Philosophus quantum per divisibile describat, non tamen putandum est, divisibilitatem propriè esse formalem rationem quantitatis, cum videatur potius esse proprietas quæ

quantitate in sequatur. Ratio formalis quantitatis ideo non consistit in divisibilitate, quia divisibilitas convenit quantis propter aliud, ideo enim quantum est divisibile, quia partem habet extra partem: prius igitur convenit quanto habere partem extra partem quam esse divisibile, ratio autem formalis, non supponit aliquid prius. Ratio formalis quantitatis non debet etiam mensura statui, sive activa sive passiva intelligatur. *Mensuram activam* vocant, qua res mensuramus; *Passivam* qua res sunt aptae mensurentur. Mensura activa non est formalis ratio quantitatis, quia mensuram esse activam non convenit omni quanto, sed certo & definito tantum, tum etiam non convenit illud quanto à natura sed ex arbitrio hominum: accedit quod mensurare non naturę sed mentis opus est, mensurare enim nihil est aliud, quam igitur notam quantitatem per notam explorat.

plorare, quomodo uñā mensuramus pannum. Mensura passiva seu mensurabilis, non potest formalis ratio quantitatis dici, quia non convenit quanto per se primo, ideo enim aliquid est mensurable, quia partem unam habet extra aliam, ut eadem hic sit ratio mensurabilitatis quæ divisibilitatis. Quare formalem rationem quantitatis ponimus in ~~in~~ <sup>ad</sup> habere partem extra partem, seu in extensione partium, habere enim partem extra partē convenit quantitati primo & propter hoc, ut ostensum est, reliqua ipsi convenienter; ut multis hoc ostendunt Fons. 5. Met. c. 13. & Ballforeus in Logicis.

VI. Quantitatis duas divisionis proponit Phil. cat. c. 6. 1. Quia quantum dividitur in continuum & discretum. 2. Quod quantum aliud constat ex partibus positionem invicem inter se habentibus, aliud ex non habentibus positionem. *Quantum con-*

*tuum* est, cujus partes uniuersitatem  
extremitate communi, ad quanti-  
tatem continuam pertinent, Linea,  
superficies, corpus. In *Linea* habe-  
mus meram longitudinem; in *Super-  
ficie*, longitudinem & latitudinem;  
in *Corpo* etiam dimensionem, lon-  
gitudinem scilicet latitudinem &  
profunditatem. *Terminus* linea est  
punctum, superficie, linea; corporis  
terminus est superficies. Quamvis au-  
tem non detur in rerum natura pun-  
ctum separatum à linea, nec linea si-  
ne superficie, nec superficies sine cor-  
pore, non tamen putandum est, hæc  
esse mera figmenta, ostendunt enim  
Mathematici quomodo contactus in  
puncto, in linea, in superficie fiat.

*Quantum discretum* est, cujus partes  
communi termino non copulantur,  
estque numerus, numeri enim partes  
communem terminum quo inter se  
conjungantur non habent, ita tria &  
septem sunt partes denarii numeri,

nullius

nullus autem est communis terminus quo illæ partes copulantur. Numerus definitur, *Ex unitatibus constans multitudo.* Unitas ergo non est numerus sed tantum numeri principium.

vii. Altera divisio quanti est, qua distribuitur quantum in id quod positionem seu situm habet, & id quod eo caret; Ad rō habere situm tria requirunt. 1. Ut quæ situm habent alicubi sint, pro natura suæ modo & conditione. 2. Ut partes habeant permanentes. 3. Ut partes habeant cohaerentes & communi termino nexas, & ita linea, superficies, corpus situm habent. Numerus autem situ caret, cum non habeat partes communia aliquo termino inter se copulatas; sed neque tempus situm habet, cum non habeat partes permanentes cum semper fluat, præteritum enim fuit, futurum nec dum est.

viii. Hæc de Quantitate; Qualitas describitur à Phil. cat. c. 8. xvi.

lum' mox tives Erat aëportu, secundum  
quam quales quidam esse dicuntur, ita  
ab albedine corpus quale dicitur, in-  
terrogari enim quale corpus sit, recte  
respondemus esse album. Verum  
hæc definitio ab omnibus non proba-  
tur, quia non soli qualitati convenit  
quod ab eâ quale aliquid dicitur, à  
differentiis enim substantiarum, sub-  
stantiæ etiam qualitativam denomi-  
nationem accipiunt, quomodo inter-  
rogatus quale animal sit homo, ob ra-  
tionalitatem dico esse animal ratio-  
nale, cum tamen illæ differentiæ non  
pertineant ad prædicamentum. Qua-  
litatis, non sunt enim accidentia cum  
non sint in subiecto, sunt enim Me-  
taphysicæ partes speciei. Quare ali-  
ter definitur, *Accidens quoddam abs-  
olutum adjunctum substantia creatæ ad  
complementum perfectionis ejus, tam illi  
existendo quam in agendo.* Sna. disp. 61.  
scil. 1. Nec contemnenda videtur il-  
la descriptio qua definitur. *e Accidens*

à q 40

& quo subjectum quale dicitur dicitur.

ix. Qualitatis quatuor species solent vulgo secundum Arist. poni, *Habitus & Dispositio. Potentia & Impotentia naturalis. Paribilis qualitas & Passio, Forma & Figura.* An ultima hæc species *Qualitatis* sit, merito dubitari posset. Hactenus non video plus esse quam modum aliquem ortum exterminatione quanti, quod si modus sit, vix potest qualitas & accidentis dici, cum modus sit non ens; quare tres priores tantum species qualitatis genuinas esse statuemus.

x. Est autem *Habitus Qualitas ex-  
trinsecus adveniens, permanens & sta-  
bilis, ad operandum cum facilitate. Dis-  
positio est habitus imperfectus. Habi-  
tus igitur & dispositio non differunt  
specie, sed tantum secundum magis  
& minus. Habitus alii sunt animi qui  
in animo resident; alii corporis, qui-  
bus corpus hominis informatum &  
exerci-*

220 ARN. SENGUERDII  
exercitatum, constanter & sine mo-  
lestia agit id ad quod ab habitu incli-  
natur, ut sunt habitus saltatorii, di-  
gladiatorii. Habitus animi est vel in-  
fusus, vel acquisitus. *Infusus* qui si-  
gulari gratia à Deo infunditur, qui  
est vel extraordinarius vel ordina-  
rius. *Extraordinarium* vocant, quo  
præditi fuerunt, Prophetæ & Apo-  
stoli. *Ordinarium* qui in singulis cle-  
atis & piis hominibus conspicitur ut  
fides, charitas. *Habitus acquisitus*  
est qui humana diligentia acquiritur.  
Estque intellectus vel appetitus. Ha-  
bitus intellectualis secundum Arist.  
6. Eth. c. 3. sunt quibus anima affir-  
mando aut negando verum dicuntur; sunt  
que numero quinque; *ars*, *scientia*,  
*prudentia*, *sapientia*, *intellectus*. Ex his  
tres sunt contemplativi, *scientia intel-  
ligentia*, *sapientia*. Duo ad operatio-  
nem diriguntur *ars* & *prudentia*. *Sci-  
entia* est cognitio rei per causam;  
Philoso. enim scire definit his verbis

I. Post

I. Post: c. 2. *Scire* putamus unamquamque rem simpliciter, cum putamus causam cognoscere propter quam res est, eius res causam esse, nec posse eam aliter se habere. *Intellectus* sed intelligentia est cognitio primorum principiorum. *Sapientia* est rerum præstantissimarum scientia cum intelligentia conjuncta, requisita omnia ad sapientiam disp. I. expressimus. *Habitus operativus* vel est poëticus seu factivus, vel practicus seu activus. *Ars* est habitus effectivus; definitur enim *Habitus cum recta ratione effectivus*. *Prudentia* est habitus practicus seu activus, quæ definitur 6. Eth. c. 5. *Habitus cum ratione vera activus*, circa ea quæ humana bona sunt. *Habitus appetitus* est, qui in appetitu reperitur. *Potentia naturalis* est qualitas congenita, a natura orta, per quam subjectum redditur naturaliter potens ad agendum vel patiendum. *Impotentia* est diminuta potentia. Non igitur sumitur hic impo-

222 ARN. SENG. COLL. METAP.  
impotentia pro negatione seu care-  
tia potentiae, cum illa non ponat ens  
aliquod. Patibilis Qualitas est Qua-  
litas permanens qua sensui passionem in-  
fert. Passio est Qualitas transiens quae  
sensui passionem infert. Differunt igit  
ur Patibilis Qualitas & Passio tan-  
tum ratione durationis.

**F I N I S.**





252. Ann. Gang. Corr. Metz  
impostures due à dégénération de la catégo-  
risation des personnes connaît des bonnes ou  
stupides personnes. Quant à l'effet de l'âge  
sur l'aptitude à distinguer les personnes, il est  
assez manifeste dans les deux dernières classes.  
Les personnes de 25 à 35 ans sont plus aptes  
à reconnaître les personnes stupides que les  
personnes normales, mais moins que celles de  
35 à 45 ans.


## FIGURE 2





গুরুত্ব














6114.

5  
6  
7

8